

EXPERI
MENTA

P. VIRGILII MA
RONIS EXPLICATA PER
IODOCVM VVILLI
CHIVM.

ACCESSIT ET
COMMENTARIOLVS DE
Verborum copia, præsertim ex
Aristotele & Cicerone
conscriptus,

EOD. AVTHO.


FRANCOFORDI
AD VIADRVN IOAN EICHORN
EXCVDEBAT, ANNO,

M. D. L.
Mense octob.



50. XVI. 1092

Ok. 6. II. 3334



IOODCVS WVIL
LICHIVS PAVLO EBERO

S. P. D.



ETERIBVS longè aliam
studiorum primæ ætatis
fuisse rationem liquidò p=
ipicimus. Nam post fundamenta
artium dicendi iacta, mox ad stylum
animos adiungebant, eumq; per di=
uturnam & assiduam exercitatio=
nem confirmare contendebant. Ita=
q; isdem experimenta tanquam lu=
di iuueniles usitatissimi sic fuerunt,
ut per hos ad graviores disciplinas
multò rectius aspirarent. Siquidem
studiorum cursum parum felicem
multis contingere, res ipsa loquitur.
Vsu enim comperimus quàm pluri=
mos uix degustatis principijs artium
subitò se totos, aut iuri, aut medici=
næ, aut sacris literis condiscendis
dedere, quarum lectione & studio
perpetuo uix id consequuntur, ut
tandè aliquando unius alicuius do/

*Studia pri=
ma: a talib;
apud ueteres*

EPISTOLA

doctrinæ specimen præbeant. Afferto mihi huc illud Aristotelicum, cum Alexandrum Magnum tam copiosæ, quàm concisæ orationis modum doceat, cui sicut illud est aut μακρολογῆν, aut λόγους μικρῶν, ita hoc est βραχυλογῆν, utrunquæ alteri sic coniunctum, ut eiusdem penè sit artificis, & magistri. Medium tamen inter hæc duo extrema eidem est μέσως λέγειν. Etsi eiusdem præcepta magis ad rerum copiam, quàm uerborum faciunt, tamen non tantum ille, sed & complures alij Græci hanc posteriorem non neglexerunt, imò alii quanto diligentius excolere sibi permiserunt. Quid enim aliud sibi uult elocutionis pars præcipua, quàm ut uerborum & orationis institutiones tradat? Sunt autem eloquendi à ueteribus scriptoribus Græcis, non secus atque à Cicerone, duo genera constituta, quorum prius est sua sponte fufum πεφυκός, posterius est
uer-

Eloquendi
 duo genera.

DEDICATORIA.

uersum, & mutatum, *πεπλασμένον*.
 Hoc quidem ex officina oratorum
 et poëtarum prognatū est, illud uerò
 à naturæ consuetudine non recedit,
 uerbisq; constat modò simplicibus,
 quæ sunt *λέξεις*, in quibus est potissi-
 mum tum copia, tum delectus, mo-
 dò coniunctis, q̄ Græci *φράσεις*, La-
 tini uel formas uel modos dicendi,
 uel locutiones appellāt, modò utrif-
 q; cum & simplicibus, et coniunctis
 quasi stellulæ et lumina adiungeban-
 tur, q̄ Hermogenes *ἰδέας* et *ἄρετας* τοῦ
λόγου nominare consueuit. Cæterum
delectus in uerbis est, ueluti q̄dā ele-
ctio eorū iuxta bonitatis pondus, q̄
fit, ut spectentur aut natiua, aut aliter
tractata, et sicut illuc est *φύσις*, ita huc
ἐργασία et *ἄσισ*, quod est tractatio, u-
sus, et accommodatio. Natiua quidē
 sunt, nunc ex ui significandi graui-
 ora, nunc leuiora, nunc ab auriū iudi-
 cio cōsonantia, nūc à nitore nitidio-
 ra, quib. contraria sunt, q̄ abiecta, du

A 3 ra,

*Delectus in
 uerbis quid?*

*Natiua uel
 cubila.*

EPISTOLA

ra, aspera, inquinata uidentur semp̄
pro loco & occasione repudianda.

*Improperia
uocabula.* Aliter uerò tractata et dinoscuntur,
et habentur impropria, ea quæ uel gen-
tilia seu patria, uel peregrina, quæ sunt
aliarum nationum, quibus epitheta, no-
uata, prisca, et ab oratore modificata
atque inflexa, aut translatione, aut im-
mutatione, aut abusione, aut obscu-
ritate, quæ ἀλληγορίας cum suis partibus
subditis continet, aut ueritatis super-
latione, aut mirabili quadam exorna-
tione, cuius formæ sunt et εἰκῶνες &
παρὰμματα. Hæc sanè est compen-
diosa ratio propositæ institutionis, par-
tim ex Aristotele, partim ex Cicero-
ne petita, quam si adhuc conuolutã
quis pro dignitate explicaret, exem-
plisque bonorum autorum illustraret,
immensum uolumen componeret.
Quintilianus quoque superiores sum-
ma diligentia imitatus est, in cuius li-
bris uix pagella est, in qua copiam ar-
tificiosam non fieret mentio. Verum
cum

DEDICATORIA.

cū huius p̄cepta ultro citroq; sint
 dispersa, aliqua methodo Erasmus
 Roterodamus Belgarum, imò Ger-
 manix decus in commentarium col-
 legit, eamq; in lucem solidioris eru-
 ditionis amantissimis reuocauit.
Eandem autem & quibusdam ratio-
onibus præcipue iuxta ueterem con-
suetudinem perpolire, sed pro tem-
pore & captu auditorum paucis stu-
diui, tum ut ueterum authorum
placita in publicum proferrem,
tum ut eorundem usum studiosæ
iuuentuti patefacerem. Porro quo
 tractatio nostræ præceptiōis melius
 succederet, Virgilij poëtarum p̄stan-
 tissimi, ut creditur, adhuc iuuenis
 experimenta tanquā παραδείγματα ad
 iunxi, cuius fructū suo tempore au-
 ditores percipient, & iucundissimum
 et gratissimum. Id autem factum est,
 ut illius poëtæ exemplo adolescen-
 tuli ad hoc studiū genus magis inui-
 tarentur. Hoc autem opusculum,

*Copie E.
rasmi.*

*Scopis huius
libelli.*

quale quale est, tibi Ebere amicissimē
 me, dedico, non ut his nugis indi-
 geres, quibus te exercitatissimum
 fuisse, uel scripta tua contestantur,
 sed ut amicitiam inchoatam hoc te-
 stimonio confirmarem, Id credas ue-
 lim, mihi & in animo & innatum esse,
 ut ueros amicos colerem, & adu-
 latores ad extremum detestarer &
 fugerem: Euripidis consilium secu-
 tus, cuius hi sunt uersus:

(γοις
 φίλος δὲ τοὺς μὴ μὴ χαλῶντας ἐν λό-
 κέκτησο, τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
 τῇ σὴ πονήσεις, κλέϊνον εἰργέτω σέγης.

Bene uale, communesq; nostros a-
 micos ibidem quā amantissimē
 salutabis, quibus uel ad digituli cre-
 pitum operam dare paratus sum.

Francforti cis Viadrum, ferijs Mi-
 caeli, uel omnium angelorum, an-
 no post natum Christum, M. D. L.

Copia

COPIA VERBORVM EST IN VERBORVM, CONSTRUCTIONIS, FIGVRA- RVM QVE COMMVTATIONE.

VERBORVM alia sunt propria τὰ κῆγια.	I. Linguae	Patriæ, quæ sunt Ἑθνη. Alienæ, quæ sunt ἑξωτικῶν.	διπλῶν ex conduplicatione reperta. πεποικιλῶν facta.
	II. Ab usu	vsitata. Invsitata.	
	III. Ab ætate	Nouata νεῶν. Sunt ἔ hic reperta, ξενικῶν dicta.	διπλῶν permutata. Huius loci sunt ἔ metaplas- mi species.
	IIII. A singulari tractatione seu applicatione	ἑνωτικῶν. Epitheta. Acquipollentia, quibus affinia sunt ἀνομινῶν periphrastica.	
	V. A conformatione	Relata. Comparata. Iterata. Duplicata. Soluta. Multipliciter coniuncta.	

I.

Translatio μεταφορᾶ. Sub qua est ὁ ἕκωρ ὁ ἄλῃα
huic cognata ornamenta.

II.

Intellectio, σωκεδ' οχῆ.

III.

Transnominatio, μετωνυμία.

IIII.

Cognominatio.

V.

ὀνοματοποιία nominis fictio, et
hic sunt περιουσία.

VI.

Abusio, κατάχρησις.

VII.

Transsumptio μετέληψις.

VIII.

Inuersio ἀλλογοσία, et huius sunt
formæ

IX.

Excessus ὑπεβολή.

X.

Diminutio μείωσις.

XI.

ἄυξισις.

ἐκνηγμένα.

Fabula λόγος.

Promythion.

μῦθος.

Eipmythion.

Hic sunt ὁ illusionis τῆς

ἔριωνείας partes.

1 Chleuasmus.

2 Charientismus, cui cognata

πῶς χθ' ἰασολιῆ est.

3 ἄσεσμος.

4 Exuthenismus.

5 Sarcasmus.

6 Mysterismus.

7 Antiphrasis.

8 Diasyrmus.

VERBA IMPRO-
pria sunt τροπικὰ λέ-
ξεις, aut τροποί.

HUIUS ordinis esset ὁ ἐνέγχα, actio ὁ inuentio talis, que oculis rem subicere uia
detur. Sic Aristoteles: λέγω δὲ, inquit, πρὸ ὁμμάτων ταῦτα ποιῆν, ὅσα ἐνεργούντα
σημαίνα. Sunt, n. eiusmodi, q̄ ueluti presentem actionem rei depingendæ demonstrarent.

II. COMMV-
TATIO.

I. *Quæ tum in singulis canonibus quarumlibet partium flexibili-
lium fieri consuevit, præsertim apud poëtas, tum in quibusdam
Iustæ. earum accidentibus, qualis est comparatiui, superlatiui, supi-
ni utriusq; & aliorum id genus immutatur diuersa.*

II. *Quæ est in partibus indeclinabilibus, præsertim in par-
Syncatego- ticulis, quæ modò ἐπιπλάσιον graduum, modò minutionē
rematicæ. & aliam atq; aliam uarietatem signant, & promouent.*

CONSTRV-
tionis.

Ex numero, *Eclipsis, Apopsiopefis,
& est aut Defectus Zygma, Syllepsis,
ut Prolepsis, Anapodoton.
Excessus Pleonasmus.
ut Parelcon.
Epanalepsis.*

Ex ordine *Anastrophe.
Hysterologia.
Tmesis.
ut Synchysis.
Parenthesis.
Hyperbaton.*

III.
Figurate

Ex immutatio- *ἀλλοίωσις, quæ est
ne, ut ἑτέρωσις aut
ἐναλλασίη.
ἐνδυνάσις.
ἀντίπρωσις.
ἀντιμερία.*

Ex Hellenismo, quæ a consuetudine Græcæ constructionis
non recedit. Ἐλληνισμὸς. Oratio et Virgilio familiare est.

III. COMMUTATIO.

		ἐπιβολή.	
		κοινότης.	
		ἐπιφορά.	
I.	Repetitio, cuius sunt	Εpanalepsis.	
	formæ	παλιλογία.	
II.		συμπλοκή.	
	Interrogatio & hæc	Anadiplosis.	
	difert à percuncta-	διακοπή.	
III.	tione.	ἐπάνοδος.	
	Admiratio.	ἀντίσσις.	προσδοκία expectatio.
IIII.			
	Dubitatio, cui additur iuxta quosdam		ἢ περιπέτεια, id est,
V.			eventus, inopinatus.
	Admiratio.		
VI.			
	Abominatio.		
VII.			
	Exclamatio.		
VIII.			
	Obtestatio.		
IX.			
	παρομοίαια.		
X.			
	Apostrophe.		
XI.			
	Permissio.		

FIGURARVM

que non parum cor-
pus orationis com-
mutant.

COMMENTARIVS DE VERBORVM COPIA.

I.

Quid est uerborum copia?

LST certa uariandæ sententiæ, cum propter uitandum auditoris tedium, tum propter rerum & argumentorum amplificationem, facultas. Totum sanè hoc artificium in unius sententiæ propositæ uarietate multiplici consistit habito optimorum uerborum delectu, qui Cæsaris quoq; iudicio dicendi principium est. Deinde in rerum confirmatione & amplificatione, quoties fides facienda est, argumentorum non simplici expositione oratores contenti sunt, sed et uarijs artificiosisq; rationibus, ad mouendos & docendos auditorum animos, eadem adaugent, exaggerant & amplificant.

uerborum copia consistit in delectu uerborum.

et in confirmatione et amplificatione rerum.

II.

Cur opus est copia uerborum?

PLVRIMIS de causis eadem olim inuenta est. Aliàs requiritur ad uitandam ταυτολογία, ne frequenti eiusdem sententiolæ reiteratione, aut cuculi, aut picarum more uerba face-

utilitas Copiar uerborum.

B reui-

DE VARIATIONE

2. ne uideamur. Aliàs ne sermo noster, seu lectori,
seu auditori fastidiosus sit, tanquam semper sui
similis, & sicut ineptus est cytharædus, qui ead-
dem oberrat chorda, ita absurdus uideri de-
bet, qui non nisi eadem uerbula proferre po-
test. Varietas autem cum alibi, tum uerò in di-
cendo & scribendo perquam grata est. Ali-
3. às ad extemporalem dicendi facultatem non pa-
rum facit, quæ apta esse nequit, nisi uerborum
4. copia in promptu et numerato sit. Aliàs ad ex-
plicationem aliorum authorum uel simplicem
uel periphrasticam tam conducit, quam quod
maximè. Horum enim loci subinde aliter atq;
5. aliter exponendi sunt. Aliàs est ad aliorum scri-
ptorum feliciorum conuersionem, atq; trans-
lationem accommodata, quæ sæpe hæret, nisi
6. uerborum suppellex parata fuerit. Aliàs ad fa-
ciendorum uersuum promptitudinem pertinet.
Poëmata enim bis tanto plausibilia sunt uarijs
coloribus ceu asteriscis exornata & amplifica-
ta. Verũ autem alioqui est orationem simplicio-
rem esse ueritatis plenam, tamen hæc neq; ita ob-
oculos perspicuè ponitur, neq; in animis audito-
rum aculeos relinquit, nisi uarietate colorum
expolita fuerit.

Quot

III.

Quot sunt prima copiae
uerborum capita?

VNUM est & precipuum caput ipsa com-
mutatio, quae circa tria subiecta uersatur. Itaq;
eadem est aut uerborum, aut constructionis, aut
figurarum.

DE VARIATIONE

VERBORVM.

IIII.

Quaenam uerborum distinc-
tio tenenda est?

EA est, cum sumuntur iuxta Ciceronem, hoc
est, eliguntur, quod Aristoteli est ἐκλαμβάνειν,
aut λαμβάνειν, atq; solam tractationem,
quae est accommodatio & usus, sicut Graecis est
ἐργασία & ἔκτισις exigit. Sunt autem uerba
eligenda aut ppria, aut impropria. Propria qdē
dicuntur, quae unā cum ipsis rebus nata sunt, eaq;
certa, οἰκῆα seu κύρια nominata.

uerba eligenda.

Propria.

V.

Quotuplicia sunt propria
rerum uocabula?

DVPLICIA, aut patriae linguae aut alie-
nae. & ab Aristotele γλῶτται & διαλέκτοι

Propria im-
gela.

B 2 appelo

DE VARIATIONE

appellantur, eaq; ferè gentilia sunt. Verùm ut prioris generis sunt, q̄ omnibus in usu sunt, ita ut significationē nativam obtineant, itaq; κῦρις sunt ὡν ἔσονται ἕκαστοι, exempli gratia, rectū est, quod non est prauum. Ita improprie dicitur apud grammaticos de casu nominandi, apud medicos est rectum intestinum, apud obsonantes recta cena, quæ sportula non est.

VI.

Quotuplicia sunt propria hæc:

Propria ab usu.

DVPLICIA, aut usitata, aut inusitata. Ista quidem sunt, quæ nunquam à communi usu recesserunt, penes quem est norma loquendi, sed cauet Quintilianus prudenter, ut sit usus eruditorum consensus. Hæc uerò quæ iam in desuetudinem abierunt, itaq; antiquata & absoleta nominantur, cuiusmodi multa apud Næuiū, Enniū & Plautum sunt, quibus interdum uti licet parè, sed ferè πρὸς ὀλιπήρορ. In illis est uirtus orationis perspicuitas, Græcis σαφήνεια, quæ & usitatis & proprijs potissimum conciliatur.

VII.

Quænam sunt alienæ linguæ

ἐκ τῶν γλωττώρ?

Propria alienæ linguæ.

Quæ ab alia lingua adducta sunt, sicut à Mæcedonibus est Linio phalanx, à Sardis Mastruce, à

ca, à Gallis Leuca, ab Hispanis canthus, à Germanis quàm plurima sunt in commentarijs Caesaris, maximè quædam propria, si uerè restituta fuerint. Linguae autem Hebræorum & Græcorum iuxta cum Latina apud Christianos propter ueriores sententiarum pensiculationem quàm diligentissimè retinendæ sunt.

VIII.

Distingue propria uocabula ab ætate.

Propria ab ætate.

AUT sunt noua uel nouata, uerè, quæ essent & reperita, cum propriè uertuntur & nouantur, hoc est, gignuntur & fiunt uel ab oratore, uel à poëta. Fiunt autem uel coniuñctione, eaq; ab Aristotele non sine caussa διωλῶ, Latinis iuncta nominantur: quod genus sunt expectorare, uersutiloquus, et in hac re multum sibi Plautus permisit. Græci tamen sunt in compositione uocum, quæ est aliqua nouatio, multò feliciores. Vel sine coniuñctione, quæ modò sunt facta & reperita πεποικμυία, de quibus & Oratorij consilium ad Pisones inquirendum est, modò sunt διζηλλοαυμυία, ut ubertas, indigetalis, & alia id genus, quæ aliquando esse cœperunt, sicut Terentij tempore obsequium. Sunt enim ætatum uocabula, quæ prudenter sunt usurpanda Ci-

uèa

διωλῶ & con. duplicatione reperita.

πεποικμυία facta.

διζηλλοαυμυία permūtata. huius loci sunt et metaplasmi speculati.

DE VARIATIONE

Prisca ἀρχαία Ceronis exemplo. Aut sunt *prisca, ἀρχαία* ἔ
παλαιὰ ab usu quottidiani sermonis iam diu
intermissa, poëtis tamen magis quàm oratori-
bus concessa, ut propter antiquitatem dignitas
quædam, ἔ σεμνότης accedat, de quibus sic
Cicero in oratore. Sed etiam, inquit, inusitata
ἔ *prisca* sunt in proprijs, nisi quòd rarò uti-
mur. Iudico igitur non malè uel Ciceronis con-
silio tempora Latinitatis constituere, sicut à no-
bis in commentarijs Oratijs ἔ libello de for-
mando studio factum est.

IX.

Quænam sunt Ἰζηλλαγωδία?

Olim erant quæ aliquo modo innouabantur,
à nouis non admodum dissentanea. Hodie autem
ea esse cœperunt, in quibus est Ἰζηλλαγωή, hoc
est, immutatio, uel partium orationis inter sese,
uel qualitatis earundem salua eiusdem orationis
parte. Prior quidem est ἀν' ἑμεγεία, posterior
uerò ἑτέρωσις, quæ in accidentium partium
orationis permutatione uersatur, de qua consu-
lendus est, ne hic longior sim, Limacer hac in
parte aliquanto diligentior. Huic quoq; cognate
sunt figuræ quædā orthographica, quæ sunt
metaplasmī species in carmine usitatiorēs, ut
ἠγοτόσσα est gnatus pro natus; ut ἔπενθέσσε
induc-

Ἰζηλλαγωή
700

induperator pro imperator: ut προπαρᾶλις & dicier pro dici: ut ἀφᾶρῆσα, ruit pro eruit: ut συγκοπή, dixi pro dixisti: ut ἀποκόπη, peculi pro peculij. In quibus uoculae nonnihil propter uarietatem, quam hic quaerimus permutantur, & cum in iisdē innouatio quaedam fit etiam praeter Graecorum antiquorum consuetudinem in hunc locum accensere uolui. Huius quoq; loci est uariatio prioris supini modò per gerundium ut, Pamphilus uenit amatum puellam, uel ad amandam puellam, modò per gerundium, sicut hodie uenit caussa amandi puellam, seu per gerundium, caussa amandae puellae, modò per uerbum, uenit ut amet puellam, modò per participium, ut uenit amaturus puellam, modò per infinitiuum τελικῶς Graecorum more, ut uenit amare puellam. Est quoq; peculiaris imperatiui apud authores obseruata ratio, ut saluta, fac salutes, cura ut bene ualeas, uale, ualete, fac ualeas, eiusdem sunt uirtutis. Item ne dic, ne dicito, ne dicas, ne dixeris. Ciceronis autem est ualebis, meaq; negotia uidebis, meq; dijs adiuuantibus ante brumam expectabis, pro uale, uide, expecta. Neq; dissimilem in futuro εὐαλλαγῶς aut si mauis πῆϊφρασιρ obseruabis, ut poenitebit te olim. Futurum est ut olim te poeniteat.

DE VARIATIONE

Spero te gauisurum dono. Spero futurum ut do-
no gaudeas. Eaq; interdum est necessaria, ubi su-
pinum dceet, ut spero fore, ut citius artem per-
discas. Neq; hinc disidet octauus modus, ut pri-
usquam domum redeas, epistolam perscripsero.
Est enim futurū mixtum cū præterito. Est quoq;
omnium uerborum communis ferè p uerbum fio
circūlocutio, ut, Ita charus eris omnibus. Ita fiet
ut omnibus charus sis. Hoc modo inuidiam effu-
git. Hoc modo factum est ut inuidiam effugerit.

*A singulari tractu.
non sru appli-
catione.*

X.

Quænam sunt epitheta?

Επίθετα.

Τὰ δὲ ἐπίθετα aut ἡ δέσσεις in proprio-
rum uerborum numero habentur, atq; oratio-
nem non parum uariant. Itaq; in tractatione co-
piæ uerborum eadem non sunt negligenda, ut
apud Ciceronē legitur diuturnum silentium, fre-
quentissimus conuentus, celebris locus, Romani
rerum domini. Hic consilio Aristotelis uitan-
da sunt nunc nimium longa, ut incuruicernicum
pecus, nunc inepta, ut album lac, nunc crebra,
et frequentata. Vult enim Philosophus magis e-
pitheta ἢ ὀνόματα esse quàm ὡς ἐδέσματα,
quod est, magis animi in delectationis gratiam
adhibenda sunt, q̄ ut sint quottidiana cibaria.
Poëtis tamen aliud decorum permittitur.

Que

XI.

Quænam sunt $\sigma\upsilon\upsilon\omega\nu\mu\alpha$?

NEQVE hæc à proprijs uerbis separanda sunt, cum sint unius rei multa uocabula. Est .n. uerborum idē significantium congeries. Hodie in scholis dialecticorū uulgo aut uniuoca dicuntur, aut conuertibilia, aut eodem numero propter communem omnium significationem, ut ensis, gladius: literæ, scheda, epistola. Hic quoq; in deligendis uocibus cautione opus est. Non enim protinus quis homines diceret, ubi uox mortalium rectius & exquisitius sonaret.

$\sigma\upsilon\upsilon\omega\nu\mu\alpha$.

XII.

Quænam sunt $\iota\sigma\omicron\delta\omega\alpha\mu\omicron\upsilon\sigma\upsilon\tau\alpha$?

EA nunc uocant equipollentia, atq; inter propria uerba referenda sunt, uocibusq; pugnantibus iuxta cum negatione uel additione uel detractioe, quod genus sunt: uir egregiè doctus, cui respondet & æquiualeat, uir minimè indoctus. Sic idem sibi uolunt, accipio conditionem, non repudio conditionem. Neq; diuersum est, cum quis dicat, placet, & non displicet. Cæterum pugnantia in dialecticis sunt aut contraria. ut amat illum, & non odit illum: ut non crudelis est, clemens est: ut continens est, non libidinosus: aut priuantia, uidet, non est cæ-

Equipollentia.

D E V A R I A T I O N E

cus, eloquens est, non mutus: aut contradictoria, ut nolebat, non uolebat, doctus, non indoctus, probat, non improbat. Ita subinde per eadem noua orationis forma et quasi facies datur. Neq; hinc excludenda sunt $\pi\epsilon\omega\mu\alpha\sigma\iota\kappa\acute{\alpha}$, quae & agnominata dicuntur, & propter soni similitudinem apud Hermogenem $\pi\epsilon\chi\omicron\upsilon\upsilon\tau\alpha$ nominantur, ut amantium est, non amentium.

X I I I.

Agnominata. Quænam sunt $\pi\epsilon\iota\phi\theta\alpha\sigma\iota\kappa\acute{\alpha}$?

Periphrastica. NEQUE hæc à uerborum proprietate recedunt. Id tamen iisdem familiare est, ut circuitione uerborum quadam certa res describatur: ut, Troiani belli scriptor, pro Homero. generis humani redemptor, pro Iesu. Talis est ciconiæ periphrasis apud Virgilium:

-----Quum uere rubenti

Candida uenit auis, longis inuisa colubris.
 Adhibentur autem eadem uel decoris, uel necessitatis causa. Decoris quidem, cum tristia et sordida dissimulantur. Necessitatis autem in genere glossematico, quo obscuriores loci explicantur. Eadem quoq; est in conuersionibus bonorum authorum, quibus sæpe propter uerborum penuriam succurrendum est. Eius tamen usus moderatus esse debet, alioqui in Asiaticum dege-

degenerabit. Constat autem nunc etymologia,
quæ rationem & originem interdum nominis
explicat, ut sapientiæ studiosus p philosopho,
nunc notatione, cum subiectum aliquod conge-
rie accidentium describitur, atq; dialecticis est
finitio subiecti per accidentia, qualis in ciconiæ
pietura haud multò antè perspicitur, nunc fini-
tionem, qua quid res sit ostenditur, ut animal men-
tis particeps, pro homine.

XIIII.

Explica conformationem, quæ
 est $\alpha\chi\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\acute{o}\varsigma$ uerborum?

EA sunt quadruplicia.

A Comparatione.

1 Aut comparata $\sigma\omega\mu\epsilon\gamma\iota\tau\iota\kappa\acute{\alpha}$, in quibus sunt
uoces comparatiuæ per partium translationem
ut sunt, minoris, & maioris, aut pluris, hoc mo-
do. Minoris facit prophanas literas, quàm sa-
cras. Contrà pluris facit sacras literas, atq; pro
phanas. Eiusdem quoq; uirtutis sunt uerba com-
parandi & æstimandi, ut pluris æstimare, ante-
ponere, postponere, et apud Liuium postferre.

comparata.

2 Relata, Græcis uel $\zeta\epsilon\upsilon\gamma\mu\alpha\tau\alpha$, uel $\tau\acute{\alpha}\ \kappa\alpha\tau'$
 $\acute{\alpha}\nu\tau\iota\sigma\sigma\omicron\phi\acute{\omega}\nu$. Sunt enim hic binæ res, quarum
neutra sine altera aut esse, aut intelligi potest,
ut maritus uxor, socer gener, præcepto r disci-
pulus. Idq; in uerbis fit, ut ducere nubere, gi-
gnere

Relata.

DE VARIATIONE

gignere nasci, locare conducere, in quibus, & id genus alijs talis fit conuersio. Non alium sibi patrem optat, nullius uult esse filius. Sempronius mihi ædes locauit. Ego ab illo ædes conduxim. Glycerium nupsit Pamphilo, Pamphilus Glycerium duxit. Hoc ex præceptore didici, hoc me præceptor docuit.

Iterata.

3 Aut iterata τὰ κατ' ἀναφορὰν, uidelicet cum unica uox in complurium clausularum initio iteratur, cum propter uenustatem, tum propter grauitatem, & acrimoniam, ut Scipio pacem peperit, Scipio ciuitatem seruauit. Psal. 28. Vox Domini in uirtute, uox Domini in magnificentia, uox Domini confringentis cedros. Eiusdē classis sunt omnium repetitionū formæ.

Duplicata.

3 Aut duplicata τὰ κατ' ὠμίξιν, quæ est eiusdem dictionis citra moram, cum impetu pronunciationis ac maioris uehementiæ gratia, geminatio, ut Cic. in Catilinam. Hic tamen uiuit, uiuit? immo etiam in senatum uenit. Virg:

Ah Corydon Corydon quæ te dementia cœpit?
Et 9. Aeneid.

Me me adsum qui feci in me conuertite ferrū.

Soluta.

4 Aut sunt soluta, δὶ ἀλυτὰ & ἀσύνδετα, quæ sine coniunctione, ut plura uideantur, plerumq; dicuntur, ut ueni, uidi, uici. Virg. 9 Aen.

Ferte

Ferte citi ferrum, date tela, scandite muros.
Cicero in Catilinam. Abijt, excessit, euasit, eru-
pit. E diuerso uariè & mutipliciter coniu-
ctum, est πολυσύνδετον. Virg 2. Aeneid.

*Μυτιπλιχίτην
coniuncta.*

Demissū, lapsi per funem, Athamasq; Thoasq;
Pelidesq; Neoptolemus, primusq; Machaon.
Est & hic συζεύγμων, quoties quædā uocula
uni uerbo coniuguntur, quod uel præponitur,
uel sequitur, uel interponitur.

XV.

Quæ nam sunt impropria
uerba?

HACTENVS de proprijs, nouis, priscis,
& conformatis uerbis dictum est. Nunc sequun-
tur impropria, cum sint τετραμύλια utpote à
natiua et propria significatione in aliam sed co-
gnatam conuersa. Ea de caussa alibi τροπικαί
λέξεις alibi τρόποι & à Cicerone modi dicun-
tur. Breuiter sunt uerba ab oratore modifica-
ta, & quodam modo inflexa, aut translatione,
aut intellectione, aut transnominacione, aut co-
gnominacione, aut nominis fictione, aut abusi-
one, aut transumptione, aut inuersione, aut il-
lusione, aut excessu, aut miōsi, aut auxesi. Et si
quidam modi magis ad copiam rerum faciunt,
tamen cum subinde & in priori tractatione iis-
dem

*VERBA IMPRO-
PRIA, sunt τρο-
πικαί λέξεις,
aut τρόποι.*

DE VARIATIONE

dem opus sit, huc conferendi sunt.

Translatio

I TRANSLATA sunt μεταφοραί, videlicet migrationes propriorum in locum alienum, sed similem & cognatum. Quare Aristotelicum est præceptum ἐκ τῶν συγγενέων καὶ τῶν ὁμοειδῶν μεταφέρειν τὰ ἀνώνυμα ὡς νομασμῶδες. Earum autem duæ sunt causæ.

Præceptum

in causæ translationis.

Prior quidem est necessitas. Siquidem cum priorum est angustia translatum surrogatur, ut in vitibus oculus, ὠφθαλμὸς & gemmæ, ut vites gemmant. Posterior autem est delectatio & iucunditas, cum sit oratio clarior, cum sit breuior, cum sit totius rei significatio maior.

In delectatione consideranda res et confusio.

Res.

Verum hic præcipuè res & consecutio considerantur. Res unde transferuntur, aut propinque, quoties ad rem proximam in eodem genere propinquo fit deflectio, ut uideo pro intelligo, suspicio pro admiror. Illic quidem ex causâ, hic uerò ex gestu fit translatio, aut remotæ sunt cum ex uno genere ad aliud fit transitus, nunc à bruto ad hominem, ut canis pro impudenti, ceruus pro fugaci, oblatrare pro obtrectare, nunc ab homine ad brutum, ut canis assentator, nunc ab animati ad inanimatum, ut uertex montis, parturit arbor. Virg: Neq; currus audit habenas, nunc à non animato ad animal, ut uiridis

ætas

*etas, nunc ab animato ad animal, ut coruus sui
 inequitat, nunc ab inanimato ad inanimatum, ut ora-
 tio fluit. Transferuntur quoq; à sensibus ad ani-
 mū, ut à uisu, respicere p curam agere, conniue-
 re, p data opera dissimulare, ut ab auditu, audire
 pro obtemperare, ut ab olfactu, odorari p inda-
 gare et inuestigare, apud Ciceronem olere mali-
 ciam, apud Terentium, nunquid patri subolet:
 id est, suspectum est, aut rescuiuit, ut à gustu, de-
 uorare pro rem acerbam uel citra sensum per-
 ferre. Sic est apud Ciceronem, molestiam, ine-
 ptias, & stultitias hominum deuorare. apud e-
 undem est odium sorbere & concoquere, euo-
 mere uirus acerbitalis suæ, & degustare pro le-
 uiter attingere accipitur. Est quoq; eadem in
 uerbo nūc simplici, ut pecus pro homine uentri
 dedito. Fucus pro fure, qui aliorum bonis par-
 tis uiuit, auolat etas, labuntur anni, nunc epi-
 theto, ut florida etas, saxeus homo, pro duro et
 inexorabili. Cicero: O te ferreum, qui illius pe-
 riculo non moueris. Cæterum in translatis &
consecutio, ἀκόλῳθῖα non est negligenda. Nā
quædam sunt ἀκόλῳθα, quæ utrinq; adiuuan-
tur, itaq; sunt reciproca, & communia, ut au-
rīga pro gubernatore, et gubernator pro auri-
ga transfertur, quædam sunt ἀνακόλῳθα, quæ
 ad*

consecutio.

DE VARIATIONE

ad alteram partem rectius traducuntur, ut recte uertex pro cacumine montis sumitur, sed non econtra, cum cacumen ad hominem non transferatur. Neq; ignotum est, ut μεταφορὰς apud Aristotelem longe fusius pateat.

*Intellectus σω.
ex d. xi.*

2 INTELLECTIO aut comprehensio σωενδοχίη. Nam intelligimus uel ex uno plures, ut Pœnus fugatus, pro Pœnis, uel ex parte totum, ut tectum pro domo, uel ex toto partem, ut cœlum rubet, id est, pars cœli. Fontēq; ignem q; ferebant, id est, aquam è fonte haustam, uel è specie genus, ut apud Oratiū. Iracundior Adria id est quouis mare. Aristoteli autem esset metaphora, uel ex materia res confecta, ut ferrum p gladio, abies aut pinus pro naui, argentum pro pecunia, unde est Græcorum ἄργυρος, uel ex præcedentibus sequentia, ut subdidit calcaria equo, id est aufugit. Eius quoq; loci sunt, uixerunt pro mortui sunt. Fuimus Troës, flo ruimus, apud Propertium Thebæ steterant, altaq; Troia fuit, pro iam actum de illis est.

*Transnominatio
ho μετανομι-
α.*

3 Transnominatio μετανομιὰ fit cum ponitur aut inuentor pro re inuenta, ut Ceres pro frugibus, Bacchus pro uino. aut continens pro eo quod continetur, ut curia pro senatu, campus pro comitijs, aut contentum pro continente,

ut

ut proximus ardet Vcalegon, id est domus Vcalegonis. Plautinum est, ab se eccia exit, id est, è domo sua. Terentianum est, hunc comedendū uobis propino, pro huius bonis. aut efficiens p effectu, ut Mars pro bello, iuxta astrologorum uaticinium, et econtrà apud Oratium exanguè cuminum, quia pallorem inducit. Apud Virg. frigus pigrum, mæstus timor, aut res signata ponitur pro signo, ut toga pro pace, arma ac tela pro bello, fasces & secures pro imperio consulari, sicut pro regno sceptrum accipitur, aut dux pro subditis, ut sexaginta millia Romanorum ab Annibale ad Cumas cæsa sunt. Carolus uicit Numidas, id est, eius exercitus. aut author pro opere, ut Plinius propter rerum naturæ cognitionē in manibus habendus est, Terentius prælegitur pueris, id est, eius poëma. aut uirtutes & uitia pro ipsis in quibus illa sunt immutantur, ut scelus pro scelesto, sacrilegium pro sacrilego, peculatus p peculatore. Grammatici autem μετωυμίας, oratores ὑπᾶλλαγᾶς, aut subalternationes, aut submutationes frequentius nominant, hæ tamen nostro tempore ferè sunt in oratione, qua res conuerso ordine proferuntur. Virg. 6. Aeneid.

Ibant obscuri sola sub nocte, id est soli.

C Idem

DE VARIATIONE

Idem 2. Aeneid.

Tergo sceleratam intorserit hastam.

Pro ipse sceleratus.

Cognominatio. 4 PRONOMINATIO aut iuxta quosdam cognominatio ἀντωνομασία, quæ iuxta Ciceronem cognomine quodam extraneo id, quod suo nomine appellari non potest, demonstrat, frequentior tamen est poëtis quam oratoribus. Vel cum patronimica pro proprijs traducuntur, ut Priamides pro Hectore, aut Priami filio quodam. Pelides seu Aeacides pro Achille. Vel possessiua pro patrijs nominibus sumuntur, ut Tyrinthius pro Hercule. Cytherea seu Cypris pro Venere, Cynthia pro Diana. uel fit solo epitheto: ut senex pro persona heri apud Terentium. Poenus pro Hannibale. 4. Aeneid.

----Thalamo quæ fixa reliquit.

Impius, pro Aenea ponitur. Aut ex affectatione artis & officij singulari, ut philosophus pro Aristotele, poëta pro Virgilio. Seruator pro Christo. Vel propria immutantur pro appellatiuis propter certam notam quandam inherentem, ut Sardanapalus pro molli, Verres pro fure. Vel nomina gentilia pro attributis, ut Crentensis pro uano & mendaci. Sybarita pro uoluptuario, Poenus pro perfido. Hæc autem cun-

Ἔτα κατ' ἐξοχὴν non malè nominantur. Nam
 nisi excellens & præstans adfuerit, eiusmodi
 immutationi nominum non erit locus.

ἢ ἡ ἀνομι-
 νανότης.

5 NOMINIS fictio ὀνοματοποιία est
 nouarum uocum affectio ad imitationem soni,
 quem significari debent, atq; ppriè tropus non
 est, cùm significatio non mutetur, sed rei ano-
 nymæ nouum nomen inditur, ut taratantara p
 cantu tubæ, Bombarda pro tormento bellico,
 sclopetæ eius tantum forma est, et apud Lucre-
 tium baubari. Hic autem tria spectanda sunt,
 φωνὴ sonus, δ' ὡνάμις significatio, & αἰθέρι-
 σις sensus. Refertur autem eadem ad uerba no-
 uata, quæ sunt πεποικιλῶσα de quibus supra.

ὀνοματοποι-
 ἰα

πεποικιλῶσα.

6 AVSIO κατ' ἄχρησις cùm propter ne-
 cessitatem uocabulo utitur in significato non
 proprio, ut est parricida, cùm pro eo capitur
 qui fratrem interemit, piscina, etiam cum non
 sunt pisces, in qua pedes lauamus.

κατ' ἄχρησις.

7 Transsumptio μετέληψις propriè fit, cū
 gradatim ad id quod ostendimus, itur, hoc est,
 ab effectu ad causam, ut Speluncis abdidit atris.
 Sunt enim nigræ, ex his obscuræ ex quibus pro-
 fundæ intelliguntur. Sic Virg.

μετέληψις.

Post aliquot mea regna uidens mirabor aristas.
 Trassumuntur enim ex aristis messes, ex messi-

DE VARIATIONE

bus æstates, ex æstatibus anni. Sic μεταληπτικῶς
 ἡ τριστην ἐγεστασ, ut quæ tristes efficit, atq; ita
 videlicet cum ex effectu intelligitur caussa, non
 semper ab intellectu aptè discernitur.

Ἀλλήγορια.

8 Inuersio aut permutatio ἀλλήγορία ἔστι
 oratio, qua aliud dicitur, aliud intelligendum
 est. Itaq; cum plures translationes ἔσται
 continet, non malè perpetua dicitur meta-
 phora, ut flamma est fumo propinqua, hoc est,
 tempestiuus cauendum est, cum periculum in-
 stet. Virg. 2. Georg.

Sed nos immensum spacijs confecimus equor

Et iam tempus equū spumantia soluere colla
 Quod est, totius materiae tractationem susce-
 ptam absolui, iam reliquum est ut carmen fini-
 atur. Oratius 1. Ode 16. ἀλλήγορικῶς per na-
 uim rempublicam per fluctus tempestates bello-
 rum ciuiliū, per portum pacem ἔσται concordiam
 accipit.

O nauis referent in mare noui

Fluctus? ô quid agis? fortiter occupa

Portum. ἔσται.

Eadem autem frequentissima cum in literis pro-
 phanis, maxime in poetarum fabulis, tum in sa-
 cris. Videmus enim de industria prophetas hac
 dictionis figura sese oblectasse. Vitanda tamen
est

est obscuritas. Quare oratoribus familiaris est ut saepe similitudinem explicent, et eiusmodi explicatio ἑκωρ nominatur. Ex hoc autem genere est primum ἀνίγμα obscura allegoria uerborum, inuolucris lecta sententia, & apud pphetas usitatissima, ut mater me genuit, eadē mox gignitur ex me. Nam ex aqua glacies con- crescit, & rursus in aquam resoluitur. Quid q̄ in tota apocalypsi Ioannis Theologi pleraq; omnia sunt ἐνκνίγματα. Deinde complectitur προιμίαι prouerbium, celebrius est dictum, ut surdo narrare fabulam, Lupum auribus tenere. Postea agnoscit & fabulam λόγος, quæ conti- net modò προιμύθιον. cuius genera sunt apud poetas μῦθος, apud Aesopum ἀπόλογος. modò ὑμῦθιον ἢ μυθολογία, id est, ratio- nem fictæ fabulæ, quæ uel ad historiam, uel ad mores, uel ad physiologiam refertur. Postre- mò sub ea est illusio εἰρωνεία cuius formæ sunt octo. Prima est χλευασμὸς subsannatio serio & seuerè proposita uafre excutit sed non sine amaritudine. Virg.

ἀνίγμα.

προιμίαι

Fabula.

προιμύθιον.

μῦθος.

ἑπιμύθιον.

*ὑμῦθιον
Ironia.*

χλευασμὸς

-----Μεῖς; timoris

Argue tu Drauce. Dicitur & ἑπεκερτόμησις. Altera est χαριεντισμὸς est mitigatio i- uati illudendo, aut quando duriora gratiosis uer-

charientis/mis.

DE VARIATIONE

bis molliuntur. Terentius bona uerba quaeso, sicut Graeci dicunt $\epsilon\upsilon\ \phi\acute{\iota}\lambda\mu\alpha$. Alijs autem $\epsilon\upsilon\phi\eta\mu\iota\sigma\mu\acute{o}\sigma$, cuius formae est. *Dij meliora.* Neq; ab hac admodum dissidet $\pi\acute{\alpha}\delta\iota\alpha\sigma\omicron\lambda\eta$, quoties civili interpretatione aut nostris, aut aliorum uicijs blandimur, praesertim in cognatione positus, ueluti cum pro astuto sapientem, pro confidente fortem, pro illiberali diligentem, pro prodigo liberalem, pro stolido probum, pro fastuoso magnanimum, pro adulatore amicum appellamus. Tertia est $\alpha\sigma\upsilon\sigma\mu\acute{o}\varsigma$ urbana illusio, & quaedam ingenua festiuitas, ut apud Virg.

Atq; idem uulpes iungat & mulgeat hircos.

Quarta est $\delta\iota\alpha\sigma\upsilon\sigma\mu\acute{o}\varsigma$, quando eleuamus rei alicuius aut personae auctoritatem, Latinis esset profcisio. Cicc. in Verrinis. *Quid ad haec Neuius?* ridet. Quinta est $\xi\epsilon\delta\epsilon\upsilon\iota\sigma\mu\acute{o}\varsigma$ uornichtung, quando sic rem nauci facimus, ut nulla sit. Cato apud Athenienses. Antiochus bellum gerit epistolis, calamo, & atramento militat. Sic de Caligula dictum est, Conchas in Britanico littore legit. Sexta est $\sigma\alpha\rho\kappa\alpha\sigma\mu\acute{o}\varsigma$ irrisio acerba, qua ferè uictor uictori illudit. Virg.

En agros, & quam bello Troiane petisti.

Hesperiam metire iacens, &c.

Tales autem sarcasmi Homero sunt frequentissimi

παράδιασολη

ἀσυσμῶς

διασυσμῶς

ξεδευσμῶς

σάρκασμός

simi, & in Psalmis, & sacris literis passim occurrunt. Septima est μυκτηρισμός, irrisio suspensio naso facta, qui gestu est manifestus, uerbis non item. Octaua est ἀντίφρασις, cum uox aut sententia per contrarium intelligitur, ut bellum, quasi minime bellum, ut percandida puella, quæ tamen Actiopissa atrior est, ut acutum ingenium, cum sit stolidum & hebes.

Μυκτηρισμὸς

Ἀντιφρασίς.

9 EXCESSVS ὑπεβολὴ est ueritatis superlatio, & fit rei supra fidem amplificatio, ut ocyor Euro, Ouid.

ὑπερβολή.

Illam uel intactam segetis per summa uolaret.

Gramina, nec teneras cursu læsisset aristas.

Carent sanè fide ὑπεβολικῶς dicta, sed non ut mendacio fallerent. Necessitas tamen urget fateri multum esse quod uero supersit. Verum cum adolescentulis aptius sit idem incredibiliter tollere, quam seni, rectè Aristoteles εἰσὶν inquit, ὑπεβολαὶ μαρκακιώδεις σφοδρότερον ἢ δὴ ἔστι. Vsus autem eius præcipuus est in amplificatione & in iracundia, eaq; Attici scriptores sæpe usi sunt.

Ἔστι ὑπερβολή.

10 DIMINVTIO est μείωσις, aut Aristoteli ὑποκορισμός est, eidem ὄβριός ἐστι τορποιῆς, καὶ τὸ κακόν, ἢ τὸ ἀγαθόν. Cicero ea recenset, inter quæ extenuantur & di-

μείωσις.

C A minu

DE VARIATIONE

„ minuuntur excessibus prorsus contraria, ut uix
 „ ossibus heret. Brevior pigmeo. Minus habet
 quam nihil. In his sanè perspicitur extenuatio
 incredibilis. Sunt & alia diminutionis formæ
 q̄ in copia rerum alibi commodius explicantur.

II ἄυξησης est uerbi amplificatio cum atroci
 us loco proprii subijcitur, ut latro est, cum uix
 sit improbus, ut mutus est, cum nihil responde-
 rit. Huius formæ sunt scelus, monstrum, carni-
 fex, sacrilegus, trifurcifer præsertim apud Co-
 micos.

Reliqua ne sunt ex primo ge-
 nere copix uerborum?

VIX sunt, nisi quis ea subijceret q̄ mirabi-
 lius quam natura sermonis patitur, exornant.
 Hactenus enim fuerunt translata, immutata, in-
 credibiliter sublata, obscurata, iuxta cum abu-
 sione. Numerantur aut̄ in mirabili exornatione
ἐικόνης. Est autem imago translatione aperti-
 or, & ad eam emoliendam adhiberi solet. Sunt
 & hic παραμματα quæ in in lepore ac
 facetijs accommodantur & ambigua sunt, &
 hæc cum belle atq; literatè dicuntur, laudantur
 & mirabiliter exornant.

Secundæ

SECUNDVM CAPVT
DE COPIA VERBORVM EX
SYNTAXI COMMVNE.

I

Prebe constructionis iustæ spe-
cimen propter uariationem.

SYNTAXIS.

COMMVTATIO
iusta consti-
tutionis.

POSTHÆC dici nequit, quanta ex con-
structione uarietas existat. Siquidem mo-
dò in iusta constructione subinde alia atque alia
est, quod genus sunt in primo canone multa pe-
cunia, multum pecuniæ, Dulcis humor, apud Vir-
gilium: Dulce satis humor, Atticorum more τὸ
γλυκὺ, Mors est extrema Cicero. Omnium re-
rum mors est extremum, pro τὸ ἔχατορ, Sic et
Ouid.

Turpe iacens mulier multo subacta lyæo.
Pro τὸ ἀχρόρ uel ἀχρῶς. Talis constructio
est & apud Celsum, Sim nerui inquit, iuxta sunt,
ignis alienum est, uidelicet τὸ ἀλλότριον, id est,
peregrinum, & à re præsentì abhorrens. Sic et
in secundo canone faciundum est, ut Diues, Vir.
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abun-
dans. Orat.

C 5 Diues

DE VARIATIONE

Diues agris, diues positis in scœnore numis.
Terent. in Eunucho, Plenus rimarum sum. Vir.
Quæ regio in terris nostri non plena laboris.
Idem in 4 Georg.

Crura thymo plenæ. Item.

Trunca pedum primo. Ouid. 15 meta.

Et generat truncas pedibus.

Nota et comparatiuum qui partitionē notat.

Orat. O maior iuuenum, pro inter iuuenes.
Sic apud Plinium, quadrupedum talpis non est
uisus, pro inter quadrupedes. Idem piscium fœ-
mina maiores, quàm mares, pro inter pisces, uel
ex genere piscium. Obserua & quasdam uoces
propter constructionis uarietate, ut est dignus,
ut dignus est longissima uita, dignus est q̄ quàm
diutissimè uiuat. Dignus est, ut quàm diutissimè
uiuat. Dignus est quàm diutissimè uiuere. Ita
uariat & indignus.

II.

Ostende superlatiui uari- ationem.

Sit exemplum de Virgilio ut sit doctissimus,
ex quo facile adolescentibus, quibus hunc ludi-
mus commentariolum, artificiosam superlatiui
tractationem condiscere licet. Sit talis proposi-
tio: Doctissimus Virgilius est omnium poëtarū.

Affir-

- Affirmatiuè Virgilius est ceteris poëtis doctior.
- Negatiuè Nullus poëta è Virgilio doctior
- Ex syntaxi per resolutionem Nullus poëta est doctior quàm Virgilius.
- superlatiui. (cetera alter.
- Periphrasticôs Virgilius quo non doctior poëta
- Neutro genere Nihil est Virgilio doctius.
- Aut mutato or dine. Doctior poëta Virgilio nemo est.
- Per interrogationem. Quisnam poëta Virgilio doctior?
- Neutro genere Quid Virgilio poëta doctius?
- Per signum infinitum. Non est ullus poëta Virgilio doctior.
- Ex Syntaxi superlatiui. Virgilius est omnium poëtarum doctissimus.
- Ex genitiui resolutione. Virgilius est inter omnes doctissimus. (doctiss.
- Periphrasi. Virgilius est maximè omnium poëtarum doctus.
- Heterosi speciei et synonymia. Maxima est Virgilij eruditio.
- Per uerba exuperandi. Virgilius omnes poëtas eruditione exuperat.

DE VARIATIONE

- Virgilius facilè omnes uincit
aut longe præstat omnibus
Virgilium eruditione superat
nemo.
- Heterosi generis.** Virgilius eruditione non facile superatur à quoquam.
- Interrogatiōe.** Quem non poëtam Virgilius eruditione uincit?
- Ex contrario.** Virgilius eruditiōe nulli cedit.
- Heterosi figuræ et interrogatiōe.** De eruditione quis non Virgilio concedat?
- Comparatiōe.** Virgilius eruditione omnibus superior.
- Contrario.** Virgilio nemo non eruditione inferior.
Virgilius est nulli eruditione secundus.
- Synonymia.** Virgilius inter poëtas primas tenet, arcem tenet, non postremas tenet, palmam fert principium obtinet, laudē præripit.
- Exclamatiōe.** O singularem Virgilij eruditionem. (ruditiōe)
- Admiratiōe.** Dij boni quanta est Virgilij e-

Admiracione et Differeam si quid est Virgilio
particulis con- eruditius.
parandi.

Nullus poëta est tam eruditus
 quam Virgilius.

Quisnam perinde eruditus est
 atq; Virgilius.

Haud quisquam est omnium po-
 ëtarum æque eruditus atq;
 Virgilius.

Virgilius adeò eruditus, ut ne-
 mo sit cum eo conferendus.

Nullus poëta ita est eruditus,
 ut Virgilius.

Heterosi spe- Ea Virgilij est eruditio, ut ei ne-
 ciei. mo sit æquandus.

Virgilius tanta eruditione est
 præditus, ut nullus ei æqua-
 retur.

Eruditior est Virgilius, quam
 cui uersifex conferreretur.

Virgilio parem eruditione non
 inueneris.

Comparatione Virgilius, quantum alius nemo
 eruditus. (Spiam alius.

Virgilius est eruditus, ut si quis
 Vir-

DE VARIATIONE

Virgilius adeò eruditus, ut qui
maximè.

Hyperbola.

Virgilius non eruditus, sed ip-
sa penè eruditio.

Quantus quantus est, nihil nisi
eruditio. Terent. Tu quan-
tus quantus es, nihil nisi sa-
pientia es.

Anxesi.

Virgilius incredibili eruditiõe
Virgilius exemplum eruditi-
onis.

III.

Est ne constructionis iustæ in
pronomibus forma?

MAXIME, ueluti in prouocabulis, quibus
modò antecedentia, modò consequentia in nu-
mero, genere conueniunt, ut Plinius in coitu lu-
næ, quod interlunium uocant. Cicero: His ani-
mis datus est, ex illis sempiternis ignibus, quæ
sydera & stellas uocatis. Id Terentij uerò sin-
gulare est non sine eclipsi. Qui habet salè quod
in te est. Ita in quæstitiuis est illud Virgilij. Cuius
pecus? an Melibœi? Non, uerùm Aegonis. Idem
in reciprocis fieri consuevit. Horum enim loco
subinde potissimum, si alterum intercesserit uer-
bum, ipse, ille, is ponitur, nunc uitandæ amphi-
bolo-

bologia, nunc uarietatis & ornatus gratia, ut Quint. Non petit ut illum miserum putetis, nisi innocens fuerit. Item. Neq; ignorauit, quæ eum manerent pericula. Hic & illum & eum pro se positum esse quisq; facile animaduertet.

IIII.

Da et in uerbis mutatam constructionem.

HAE C sanè in diuersis formis supra modum uariant, interdum uel solo situ, ueluti gestuum uerba ferè sequuntur, ut incedit rectus, rarius dicitur rectus incedit. Vel in possidendi uerbis, ut prudentis est multa dissimulare. Terentius: Non est huius neq; loci neq; temporis. Hic est & possessio et officij nota, uidelicet ad prudentem attinet, aut eius munus est, aut pertinet neq; ad hunc locū neq; ad tempus. Magna quoq; uarietas in uerbis nunc uendendi, ut Liuius: Mancipia, inquit, minora uiginti decem millibus libris æris, aut pluris uenit. Teren. Quàm minimo precio suam uoluptatem expleat. Nunc accusandi, ut postulatus est repetundarum, siue de repetundis. Plaut. in Poenulo. Qui alterum incusat probri, ipsum se intueri oportet. Terent. in Phor. Si herum insimulabis auaritiæ, malè audies. Hic subinde uariato, ut de probro, de auaritia

DE VARIATIONE

uaritia. Nunc obliuiscendi & recordandi, ut Quintili. Neq; omnino huius rei meminit poeta ipse. Idem, de quibus nulli meminerunt. Virg. 9. eclo.

————Numeros memini, si uerba tenerem.

& hic ἄριστος non est posthabenda, ut apud Ciceronem est: Suauissimam habui recodationem clarissimi iurisiurandi, quod ego non eram oblitus. Item Venit mihi in mentem istius flagicij, pro recordor. Nunc uerbis implendi idem expeditur negotium. Cice. Is uomens frustis esculentis totum tribunal impleuit. Plaut. Erroris ambo ego illos & dementiae implebo. Virgilius quoq; Graecorum more dixit:

Implentur ueteris Bacchi pinguisq; ferinae.

Quid multis? nullus est canon in syntaxi, in quo non multae eiusdem mutationes, & uariationes uiderentur, atq; adolescentuli eas potius ex grammatica peterent, quam ex hoc commentariolo quo duntaxat studij uiam monstramus, eiusq; auditores commonefacimus.

V.

Ostende & immutationem constructionis syncategorematicae.

HAE C quoq; subinde alia atq; alia est, ueluti quam, cum est electiua particula, iungitur

&

CONMUTATIO
constructionis
syncategorematicae.

& subiunctiuo, & indicatiuo, ut Cicero. Quem
 iam etiam grauius accusas, quam patitur tua con-
 suetudo. Idem, Tabellarij uenerunt post diem
quadragesimum & sextum, quam à nobis dis-
 cesserunt. Esset quoq; hinc si quis magnopere con-
tenderet, figura. Deinde & in præpositionibus
est quædam mutatio, uelut cum eadem $\omega\lambda\epsilon\omicron=\nu\acute{\alpha}\zeta\epsilon\alpha$. Terentius: Accedo ad pedissequas. Cic.
Qui in fortunas huius inuaserat. Sæpe etiam in
comparatione naturam nominum sequuntur, ut
 Cicero. Habet exercitum quam proximè urbem
Est & poëtis usitata præpositionum $\acute{\alpha}\nu\alpha\sigma\sigma\omicron=\phi\grave{\eta}$. Virg. Italiam contrà. Idem. His accensa
super. Idem. Maria omnia circum. Eadem ua-
 rietas & in interiectionibus, apud Virgilium:
Hei mihi qualis erat. Idem. Heu pietas, heu pri-
sca fides. Idem. heu stirpem inuisam. Sic & proh
ut Terentius: Prò deùm atq; hominum fidem.
 Idem. Prò Iuppiter, tu homo adiges me ad insa-
niam. Cic. Proh dij immortales. Videtur &
mutatio in exclamationibus. Cic. O magistrum
probum, & me discipulū docilem. Idem. O nox
illa, quæ tenebras attulisti.

VI.

 Explana & constructionem
 figuratam.

D Nemo



DE VARIATIONE

COMMUTATIO
 constructionis
 figurata

NEMO non nouit eam certis figuris confici, & harum tria sunt præcipua capita, circa quæ potissimum uersatur, ut numerus, ordo et immutatio. Numeri quidem uel in defectu sex figuræ recensentur, ut eclipsis, aposiopesis, zeugma, syllepsis, prolepsis, anapodoton. uel in excessu, tres sunt, ut pleonasmus, parelcon, epanalepsis. Ordinis uero sunt quoque sex figuræ, ut anastrophe, histerologia, tmesis, synchysis, parenthesis, & hyperbaton, quod ciuilius acceptum priores figuras commode sub se complecteretur.

EX numero,
 Defectus.

I.

Quid est ἐκλαψίς?

Ex lapsis.

EST dictionis defectus in iusta constructione. Primum in nomine. Cic. Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui, subauditur itinere. Idem. Cum in animo haberem nauigandi, id est uoluntas uel propositum. Terentius. Non posteriores ferã, uidelicet partes. Deinde eadẽ est in pronomine. Terentius: Facile est ut pro eunucho probes, deficit te. Idem. Præit huius rabies quæ dabit, scilicet præ illa, quæ dabit. Idem. Non tu ibi gnatum? subaudiendum est, tuum re darguebas. Virgilius:

Urbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni.

Pro-

Pronocabulum hic omiffum est, fcilicet quam.
Præterea eadem in uerbis agnofcitur. Virg.

Sed uos qui tandem? quibus aut ueniftis ab
oris? Hic fuppletur uerbum eftis. Teren.
Egomet continuo mecum, uidelicet, dixi. Cic.
Habēdas eſſe quàm laxiſſimas amicitie habenas.
Caput enim eſſe ad bene uiuendum. Complecti-
tur conſtructio additione uerbi dicunt. Virg.

-----Me ne incepto deſiſtere uictam?

Utpote decet, aut oportet? Terentius. Non ui-
des? uideam? obſecro quem? Hic eſt ἐπερωτικ-
σις, in qua fere rogas, aut ſimile quiddam ſub
intelligitur, uelut hic pro rogas num uideam? et
Terentio ea phraſis eſt frequentiſſima. Adhæc
et in pticipijs ſubinde fiunt ἐκλείψας. Cicero:
Tu ſoluendo non eras, ſcilicet ſufficiens. Cice-
ro: Occupationum mearum uel hoc ſignum e-
rit, quod epiftola librarij manu, ſubauditur ſcri-
pta. Terentius: ſigna uideo omnia ad ſalutem,
utpote ſpectantia ad ſalutem. Quid quod et in
præpoſitionibus eadem uideatur. Cicero: Que
poſtridie ludos Apollinæres futura eſt, proſcri-
beretur, ſcilicet poſt ludos. Virg. Stridens A-
quilone procella, ſcilicet ab. Quinetiam in ad-
uerbijs iſta perſpicitur. Cic. Quid cauſſæ autē
fuerit, poſtridie intellexi, quàm uobis diſceſſi.

DE VARIATIONE

pro postridie postquam à uobis disceſſi. Orat.
 Ad unguem factus homo, uidelicet usq; Postre-
 mò neq; in coniunctionibus isthæc obscura est.
 Terent. Viderem, audirem essem unà, cum qua
 cupiebam. Hic deest &, aut sit potius ἀσώ-
 δετορ. Terentius: Traditus sum mulieri, illa il-
 lico ubi me accepit, pro illa uerò. Cic. Tantum
 cibi & potionis adhibendum, ut reficiantur ui-
 res, non opprimantur, pro non uerò. Iuuenalis.

Græculus esuriens in cœlum iusseris ibit,
 pro si iusseris. Teren: Hac non successit, alia
 aggrediamur uia, pro ergo alia, uel quare alia.

II.

Quantum uariat orationem

ἀποσιώπησις?

Apoſiōpēſis.

HAEC fit, quoties aliqua orationis pars in
 iusta constructione deest. Quare Latinis est &
 reticentia, & præcisio. Celsus obticentiam uo-
 cat, multis quoq; est interruptio. Nascitur au-
 tem uel uehementiori affectu, ueluti ira, ut Vir.
 Quos ego, sed motos præstat cõponere fluctus.
 Scilicet, uos temerarios et audaces puniam. Vel
 ex pudore. Vir.

Nouimus & qui te transuersa tuentibus hircis.
Vel ex timore, aut religione. Cicero. De nostro
 omnium non audeo totum dicere. Vel transitu

ad

ad aliud. Teren. Ecce autem de integro, nisi quicquid esset uolo scire, scilicet nisi quia non temere credo, & uolo scire quicquid est. Vel denique ex alterius, ceu lupi in fabula, interuentu. Teren. Demiphonem si domi est, uisam, ut quid Demipho. Nos ad te ibamus Phormio.

III.

Quidnam in mutatione constructionis zeugma efficit?

ID fit, quando in similibus clausulis commune aliquid in una positum, in alijs non mutatum desideratur. Commune autem collocatur uel in principio, & est πρόζευγμα, ut uicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Vel in medio μεσόςζευγμα, ut Virg.

zeugma.

Troiugena interpres diuūm, q̄ numina phæbi
Qui tripodas, Clarij lauros, qui sydera sentis,
Et uolucrum pennas, &c.

Vel in fine ponitur, ὑπόζευγμα. ut Ouid.

Non Venus, & uinum sublimia pectora, fregit.
Sunt & aliæ longè plures ex hac figura uarietates, de quibus inter alios Linæcer consulendus est.

IIII.

Quantum confert ad constructionis mutationem syllepsis?

D 3 Hæc

DE VARIATIONE

Syllepsis.

HAEC fit cum commune aliquid in dissimilibus clausulis ponitur, sed idem in una positum, in alia mutatum desideratur, siue per partes, siue per harum accidentia, ut uel generum. Terent. Utinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit. Idem. Domus, uxor, liberi inuenti inuito patre. Ouid. Mulciberis capti, Marsq; Venusq; dolis. Vel numeri aut singularis. Virg.

-----Hic illius arma

Hic currus fuit. Aut pluralis. Idem:

-----Sunt nobis mitia poma.

Castaneæ molles, & pressi copia lactis.
Vel personarum. Cic. Et pene illa timore, ego risu corruui. Terent. Hæc si neq; ego, neq; tu fecimus, non sinit ægestas facere nos. Virg.

-----Spolia ampla refertis

Tuq; puerq; tuus. Vel casuum. Liuius: Remo cum fratre Quirinus iura dabant. Vel modorum, ut incedis ueluti rex, aut quasi rex, cum inter clausulas imaginis aduerbium intercedit. Interdum & ut apostaticon interponitur. Ora.

At est bonus, ut melior non alius usquam, Vel temporum, ut longe nunc doctior est, quam olim, scilicet fuit aut erat.

Est quoq; per partes syllepsis. Ouid.

Non peto, quas quondã petij studiosus Athenas
Oppida

Oppida non Asiæ, non nisi uisa prius.
 Non ut Alexandri claram delatus in urbem
 Delitias uideam Nile iocose tuas.

Hic in prioribus uerbum peto pro adeo accipitur, in posteriore pro postulo accipitur. Et hic commune detractum uidetur nō significatione, sed uoce, & interdum diuersum & uoce, & significato subauditur. Virg.

Sacra manu, uictosq; deos, paruumq; nepotē.
 Ipse trahit, scilicet deos, & sacra gestabat,
 nepotem trahebat, atq; in eiusmodi formis hæc
 figura cernitur. Terent. Vbi illic est scelus, qui
 me perdidit. Idem. Vt illum dij deæq; omnes se
 nium perdant, qui me hodie remoratus est. Vir.
 Pars in frustra secant. Oui. pars uolucres factæ.
 Hæc sanè constructio non ad uocem, sed ad intel
 lectum refertur. Cur autem alij synthesin nuncu
 pant, ipsi uiderint.

V.

Quidnam prolepsis constru
 ctione uariat?

IN hac communis dictio in plurali numero, *Prolepsis.*
 deinde in partes deducitur. Latini est præsum
 ptio, seu distributio partium. Virg.

-----Conuenimus ambo,

Tu calamos inflare leues, egodicere uersus.

D A Idem

DE VARIATIONE

Idem. Compulerantq; greges, Corydon et Thyrsis in unum. Et est prolepsis, quam hodie implicitum & inclusam uocant, cum unicum membrum generali dictioni subijcitur. Salust. Cœpere se quisq; magis attollere. Teren. Aperite aliquis actutum ostium.

VI.

Anapodoton

Quidnam sibi uult ἀναπόδοτον? Est non redditum, cum non redditur, quod superioribus respondeat. Terent. Omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet, pro arma. Donatus maluit ἀνακόλυθον appellare. cum uox disidet in apodosi posita ab ea, quæ est in protasi. Alioqui sunt & ἀνωταπόδοτα, quoties uel integra sententia, & interdum una uox prioribus non redditur, cuiusmodi non pauca sunt in epistola ad Romanos, quæ & in caussa sunt, cur in multis locis obscurior sit.

VII.

Εξcessus.

Quot sunt figuræ syntacticae in excessu?

Tres plerunq; numerantur, quarum prima est πλεονασμὸς, cum orationis series superfluis uocibus redundat, ut in nominibus. Teren. Comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam perti-

pertinere. Hic quicquam redundat. Item. Hisce oculis egomet uidi. Hic oculi superflui sunt, nisi quis ἐπιτάσεως ἢ ἐμφάσεως gratia additos esse contenderet. In pronomibus. Tere. Cum super coenam essemus, ecce tibi ostium concrepuit. Tibi redundat. Idem. Sed quomodo hic Antiphonem monuimus id nosmet ipsos facere oportet Phædria. Hoc in loco met superfluum est, sicut ferè fit, quoties ipse ueluti particula ἐπιταγματικὴ adijcitur.

II.

Quid est parelcon?

Parum à pleonasmo differt. Est enim ferè hic duntaxat syllabicum adiectum in fine expendi ἢ ornandi gratia. Teren. Sosia adesdum paucis te uolo. Idem. Num nam perimus? Vbi nam πρέλκεια, id est redundat.

Parelcon.

III.

Facit ne ad copiam uerborum

ἐπανάληψις quæ Latinis esset resumptio?

FACIT, ἢ non parum, quoties post aliquot dicta interposita uel claritatis, uel alia quæpiam caussa resumimus, in initio posita. Fit autem uerbis aut iisdem, aut diuersis, tamen potestate paribus. iisdem quidem, ut Virg.

Epanalepsis.

D 5 Talis

DE VARIATIONE

Talis amor Daphnin, qualis cum fessa iuuenctum
 Per nemora atq; altos quærendo bucula lucos
 Talis amor teneat, &c. Diuersis uerò, Cic. Con-
 firmato illo, de quo si immortales animi sunt, du-
 bitare non possumus, cum tantus interitus sit in
 morte, ut ne minima quidem suspicio sensus re-
 linquatur. Hoc igitur probe stabilito & fixo
 illud excutiendum est, ut sciatur quid sit calere.

VIII.

*Figura or-
 dinis.*

Quot sunt figuræ ordinis?

Hyperbaton.

SEX, quarum prima est ὑπερβατον trans-
 gressio cum ordo legitimus dictionum & clau-
 sularum turbatur. Terentius. Paululum da mihi
 operæ. Cicero. Neq; repeto quicquam abs te
 precij. Virgilius.

Me puer Ascanius capitis initia cari

Anastrophe.

Quem regno Hesperia. Altera est ἀναστροφὴ
 ἢ ordo uidelicet dictionum præposterus. Lati-
 nis est inuersio. Virg. Italiam contra. Oratius:
 Quem penes arbitrium est. Tertia est ὑστροφολο-
 γία, quoties præpositio non casui suo seruit, sed
 uerbo, quasi cum ea composita sit adiungitur.
 Virgilius:

*Hystrule
 Jia.*

-----Tyriam qui adueneris urbem, præ-
 ueneris ad Tyriam urbem. Idem.

-----Quas uento accesserat oras.

Quarta

Quarta est τμήσις, quæ est unius uocis compositæ dissectio, una dictione pluribusq; interiectis, dicitur et διατομή intercisio, uel sectio. Terent. Thais maximo orabat opere. Plautus: Sed ego ne stultus qui rem curo publicam. Quinta est σύγχυσις ordo dictionum undiq; perturbator. Itaq; & Latinis est confusio. Virg.

Tmesis.

Synchysis.

Tres Notus abreptas in saxa latentia torquet,
Saxa uocant Itali, medijs quæ in fluctibus aras.

Sexta est πᾶν δεσις, cum continuæ orationi medius sensus aliquis declarandi gratia interponitur. Ideo Latinis est interclusio, & interpositio. Virg.

Pantehysis.

Iuppiter hospitibus (Nā te dare iura loquuntur)
Hunc letum Tyrijs diem, Troiaq; profectum.

IX.

Sunt ne aliæ ordinis figuræ?

SVNT, sed admodum prioribus cognatæ, quod genus est: ὑστερον προτερον, & fit cum secundo loco sit positum id, quod rectius præcederet, & sicut in hystero-logia est uerborum, ita hic sensuum est transpositio. Virg.

Hysteron proteron.

Postquā altos fluctus tetigit, et ad æquora uenit.
Huius loci est & ὑπαλλαγή, qualis hæc Virgiliana. Dare classibus austros.

Enallage.

Quid

DE VARIATIONE

X.

Quid facit enallage?

MULTVM ad copiam uerborum facit.
 „ Hæc enim obseruatur & in singulis partibus orationis, earumq; accidentibus, sicut pleriq;
 „ omnes grammatici adnotarunt, & nos supra aliquot exempla posuimus.

Ἄλλοιως

Huc refertur & ἄλλοιως, cum numerus, tempus, genus, persona, et deniq; modus, quodq; tamen cum suo commutatur. Terent. in Eunuch. Adeon homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse, pro eosdem. Idem. Eunuchum dixti uelle te, quia solæ his utuntur reginæ. Eadem fit cum nomini collectio singulari uerbum respondet plurale. Virg.

Pars in frustra secant ueribusq; trementia figūt
 Idem in 7. Aeneid.

Ἐνδύαδης

Pars leneis clypeos, & spicula lucida tergunt.
 Neq; alterius loci ἐνδύαδης cum mobile in fixum uertitur. Virg.

Chalybem frenosq; mordit. p chalybeis frenis.
 Idem 2 Geor.

Paterisq; libamus & auro. id est aureis pateris. Idem, Arma uirumq; cano, pro armatum uirum. Explicatur enim in his unum pro duo. unde ἐνδύαδης, aut ἐνδύαδύω. Virg.

In partem & prædam, id est, in partem prædæ.

Neq; aliorsum ἀντίπρωσις refertur, cum casus casu permutatur. Virg. Projice tela manu sanguis meus pro mi sanguis. Idem I. Aeneid.

Ἀντίπρωσις

-----Et fontem superare Timauī.

pro Timauū. Cicero Att. In oppido Antiochæ.

Virg. ----Et celsam Butroti ascendimus urbem

pro Butrotum.

XI.

Conducit ne & Hellenismus?

Hellenismus

MAXIME propter constructionis uarietatem, qua subinde & poëta se oblectant. Vir.

Cui nec certauerat ulla. Homerus Iliad. 9. ὦ

ῥά ἱμάχη. Orat. Desine curarum, sicut

Græci λήγε τῷ ὄνῳ. Idem Agrestum regna

uit populorum. Ea enim Græcorum in βασιλείῳ

ερ est constructio. Terentius: Ut uobis decet.

ὡς πρέπει ὑμῖν. Huius Classis sunt constructi-

ones nunc ἐκλειπικῆ. Decet enim sæpe ὄυνεκα

seu χάρι. nunc τελικῆ. Virgilius:

-----Tu Tytire lentus in umbra

Formosam resonare doces Amaryllida syluas,

Græci enim solent ὡσεῖ infinitiuo ad hunc modū

iungere, Latini sic efferunt, ut syluæ nihil aliud

resonent, quàm formosam Amaryllida. Sic Echo

non nisi ἐξ ὠκῆ reddidit. Vulgo autem synec-

dochen

DE MUTATIONE

dochen uolunt esse in hoc Virgiliano uersu.
 Os humerosq; deo similis, cum potius sit ἔκκλι-
 νισμὸς aut eclipsis Græca, cum ἕλξ desit. Ve-
 rum cum isthæc & ab alijs obseruata sint, & à
 mediocriter Græcæ linguæ peritis facile cogno-
 scuntur & dijudicantur, repetere eadem ope-
 ra precium esse haud iudico. Taceo quòd octa-
 uo decimo libro Priscianus uix aliud doceat.

DE FIGVRARVM MUTATIONE.

PRIMA fronte istiusmodi potius senten-
 cijs, quàm uerbis accommodantur, tamen
 cum non tanta rerum copia accedit, atq; hîc uer-
 borum commutatio perspicitur, non adco inep-
 te in hunc locum referrentur. Variatur enim
per easdem oratio, cum alio atq; alio affectu, ac
ueluti habitu profertur. Quapropter omnes
quæ magis affectum concitant, figuræ huius or-
dimis esse iudicabuntur. Sunt autem interroga-
 tio, Admiratio, Dubitatio, Adiuratio, Abomi-
 natio, Exclamatio, Obtestatio, ὠρθοωσία, A-
 postrophe, & Permissio.

I.

Quantum mutat orationem
 ipsa interrogatio?

Non

NON parum, maxime si multum uigoris et aculeorum addendum est orationi. Siquidem interrogationi nescio quantum acrimoniae inest. Itaq; oratiuncula bis tanto efficacior iudicatur interrogatione magis quam simpliciter prolata: Vanum est delicijs & Veneri indulgere. Id simpliciter, sed figuratè dictum est multo acrius. Quid est ne uanum uoluptatibus & libidinibus penitus & totos deditos esse? Auaritia est multorum malorum caussa. Virg.

Interrogatio.

----- Quid non mortalia pectora cogis
Auri sacra fames?

Ouidiana Medea sic ait:

Seruare potui, perdere an possim rogas?
Ardentius est, quàm si dixisset: Si seruare potui potero & perdere. Quando uerò multa rogantur, non ἐρωτημα sed πῦσμα est.

II.

Variat ne orationem & admiratio?

QVOTIES paucorum uerborum accessione simplex oratiuncula admirando commutatur. Simplex est. Haud parū homo homini prestat. Ter. Dij immortales homo homini quid prestat? Huic cognatum est πῶς ἄδ' οὐξον inopinatū, Vt in 1 ca. ad Galat. Miror quid tam cito transferamini. Sic Pollio. Nunquam credidi fore Iudices,

Admiratio.

DE MUTATIONE

dices, ut reo Scauro, ne quid eius iudicio gratia ualeret: precaremur. Apta tamen istiusmodi inopinata in nouarum disputationum exordijs sunt sicut & alia affectuum uerba.

III.

Quid nam facit dubitatio?

Dubitatio.

EST ἀπορία aut διαπόρῃσις, qua fit ut animi perplexi hæsitent, quid nam inter duo pluræue sit aut dicendum, aut faciendum, ut in hoc præfule admiror & impietatem & inscitiam. Figurate idem, & commodius dicitur. In hoc præfule quid potissimum admirarer hæsito, impietatem ne an inscitiam? Vehementius contemnit & Deos & homines. Haud scio magis ne homines contemnat, an deos?

IIII.

Ecquid confert adiuratio?

Adiuratio.

HÆC est imprecatio, sicut Græci ἀπειῶν uocant, quoties quis se certis de causis deuouet, cui inseruiunt tales particulae, ne sim saluus, dispaream, ne uiuam, exempli gratia. Ex animo tibi hæc scribo, dispaream si aliter scribo, atq; sentio.

V.

Confert ne & abominatio?

Abominatio

Auoto & admiratione non admodum recedit

dit, cuiusmodi est: Nunquam isthæc cogitavi.
 Dij meliora, quàm ut isthæc unquam cogitarim,
 & huc ab adolescentulis formulæ, quibus ferè
 abominari Latini solent, colligendæ sunt.

VI.

Reddít ne aliam orationi for-
 mam exclamatio?

EST Ἐκφώνησις, quæ acriores affectus mo-
 uet suo loco adhibita, ut non est credendum fa-
 cile hominibus. Deum immortalem, quàm nihil
 usquam tutum in rebus humanis? Item impudens
 est. O impudentiam prædicandam. Bruti literæ
 amanter scriptæ sunt. O Bruti amanter scrip-
 tas literas.

Exclamatio.

VII.

Quidnam prodest obtestatio?

obtestatio

IDIPSVM quod exhortatio, sed in illa
 familiarior et mitior est affectus, ut subueni mi-
 hi. Obtestor ut mihi succurras. Dido Virg. 4.
 Aeneid.

Per ego has lachrimas, dextramq; tuam te &c.
 Oro.

VIII.

Est ne usui παθοποιία?

Non minus atq; ἠθοποιία, quæ sicut in mitio-
 ribus affectib, ita illa in grauioribus est. Vtrinq;

παθοποιία.

E autem

DE MUTATIONE

autem affectus à circumstantijs, ab habitu, ab ætate, à fortuna, à loco, à tempore, à caussa, à modo, à materia, & à personis petuntur. Virg.

----- Dauni miserere senectæ. Item.

Ducitur infelix ævo confectus Athletes.

Hic est πᾶσι à senectæ, sicut alibi ab infantia. Virg 6.

Continuo auditæ uoces, uagitus & ingens
Infantumq; animæ flentes in limine primo.

A conditione, Virg. 4. Aeneid.

Hoc solum quoniam nomen de coniuge restat
A fortuna, ut Cicero pro Milone. Frustra mei
suscepti labores. O spes fallaces, ô cogitationes
meas inanes. Huius autem formas quisnam dili-
gentius Macrobio collegit?

I X.

Est ne utilis huic negotio apo-
strophe?

Apostrophe.

ACCOMMODATA est potissimum, cū
oratio feruet, et magni affectus cōciliandi sunt.
Ea fit, cū ab ijs, quibus loquimur, nos ad alias
personas auertimus. Itaq; & Latinis est auer-
sio. Virg. 2 Georg.

Scipiadas duros bello, & te maxime Cæsar.
Cicero pro Ligario à Cæsare ad Q. Tubero-
nem orationem flexit. Quid enim tuus ille Tu-
bero

Bero in acie Pharfalica gladius agebat? Id cōfert
 unice, quoties in aduersarios inuehimur, Eadem
 quoq; utimur, quoties ad inuocationem aliquam
 conuertimur. Cic. Vos enim ego Albani tumuli
 atq; luci, &c. Prodest & ad inuidiosam implo-
 rationem. Cicero pro Milone: O leges Portiæ,
 legesq; Sempronie, &c. Verum de hac sicut &
 de alijs Quintilianus consulendus est.

X.

Est ne usus aliquis in præsentī
 tractatione permissionis?

Hæc est συγχώρησις, & interdum ἐπι-
 ζοπή, cum iudicibus æstimanda relinquimus,
 interdum & aduersarijs. Maxime utimur uel in
 exprobratione, ut Per illum respublica non pa-
 rum periclitatur. Cicero. Vobis iudices cogi-
 tandum relinquo, quid hinc respub. detrimenti
 acceperit, uel in asseueratione. Cato dignus est
 prætor. Cicero in Vatinium. Perfrica frontē,
 & dic te digniorem, qui prætor fieres, quàm Ca-
 tonem. Vel in dissimulatione, ut Christus phari-
 sæo dixit: Fac & uiues. Perinde ac si diceret,
 nunquam futurum est, ut legi explendæ par sis.
 uel in fiducia. Petrus concilio interminanti ne
 porrò de Iesu uerba faceret, respondit: An o-

Permissio

DE MUTATIONE

porteat magis obedire hominibus, quam Deo,
 nos ipsi iudicate. Sic & Esaiæ c. I. scribitur.
 Venite & arguite me dicit Dominus: hoc est,
 Dominus est irreprehensibilis. Sæpe & hinc cõ-
 minatio incidit. Huic enim cum illa magna est
cognatio.

XI.

Sunt ne plures figuræ copiã
 uerborum promouentes?

Sunt quidẽ, ueluti occupatio, subiectio, inter-
 pretatio, quam tamen à synonymia non semper
 discernimus, congeries, contentio, & id genus
 aliæ, sed cum orationẽ magis amplificent, quam
 ut simpliciter exornent, de industria iisdem su-
 persedimus, cum istæ multò fusius in nostris rhe-
 toricis explicatæ sint. Nunc tantum reliquum
est, ut in experiētijs Virgilianis præceptionũ
istarum qualiumcunq; specimen in gratiam et u-
sum studiosorum adolescentũ præbeamus, cui si
iustã exercitationẽ, ut ille ait, σοφίας μητέρα
addiderint dici neq; quantũ fructus hinc facturi
sunt, iuueniles sanẽ ludi sunt, sed uel in etate in-
grauescente & iucundissimi & gratissimi. Neu-
tiquam igitur id studij genus negligent, quo nihil
magis seu scripturientibus, aut dicentibus esse
necessarium potest.

Prima

PRIMA EXPERIENTIA VIRGILIANA,

Imago in unda.

I.

Redditur effigies liqda spectātis in unda:
Qualis in aduerso speculorum cernitur

II.

(orbe.

Formas pura refert oculis spectantibus unda:
Obiecto quales speculi fulgore uidentur.

III.

Fontis aquæ reddūt simulacra imitantia uerū:
Qualia læue refert speculi, cū cernimus, æ

IIII.

(quor.

Exprimit oppositas immobilis unda figuras:
Læuati quales speculi nitor ipse remittit.

V.

Apparet mendax illimi fonte figura:
Qualem reiectat speculi nitidissimus orbis.

VI.

Unda quieta refert alto de gurgite formas:
Ac ueluti speculū nitido splendore coruscat.

VII.

Spectātis faciem mundissimus assimilat fons:
Sicut in opposito speculi solet æquore cerni.

E 3 Forma

EXPERIENTIAE

VIII.

Forma repercussus liquidarum fingit aquarū:
Qualeis purifico speculorum ex orbe reducit

IX.

Fontibus in liquidis simplex generatur imago:
Ut solet à speculo facies splendente referrī.

X.

Effigies liquido resplendet ab æquore fontis:
Qualis et à speculo simulatrix umbra resultat

XI.

Effingit species purissimus humor aquarum:
Plana uelut speculi uiuas imitantia formas.

XII.

Fonte repulsatur depicta tuentis imago:
Ceu læui in speculo solet apparere figura.

Propositio est experientia
generalis.

IMAGO IN Vnda.

HAEC autem multo explicatior in hac col-
latione est, ut rudiores adolescentuli totam rem
penitius introspiciant, & pensiculent.

Συμῶνυμια.

Ein bilde.

Effigies

Συμῶνυμια.

Wasser.

Aqua.

Forma

Forma	Vnda est $\sigma\omega\epsilon\kappa\delta\omicron\chi\iota\kappa\omega\varsigma$
Simulachrum	$\kappa\omega\varsigma$ cum propriè aqua
Figura	in sese coacta ceu in al-
Imago	teram partem tendens,
Assimulat	ein wasser wal/aut von
Species.	ding.
<u>Περίφρασις.</u>	Aqua fontis, notatio ẽ.
Simulatrix umbra	Fons $\kappa\tau\alpha\mu\epsilon\tau\omega\nu\nu\mu\acute{\iota}\alpha\sigma\upsilon$
Simulacrũ imitans. Sic	Gurges, profundior flu-
utrunq; recte dicitur iu-	minis locus, quo aqua
xta $\kappa\alpha\tau\omicron\pi\epsilon\gamma\iota\kappa\eta\varsigma$ na-	circumuertitur $\sigma\gamma\upsilon$
turam. Est enim tantum	ratur. ein wirwel im
similitudo rei intuentis	wasser. Est enim uora-
σ quædam imitatio, e-	go propter aquarũ con-
aq; umbratilis, non ue-	geriem $\sigma\omega\epsilon\kappa\delta\omicron\chi\iota\kappa\omega\varsigma$
ra species, non uera i-	$\kappa\omega\varsigma$.
mago.	<u>Περίφρασις.</u>
<u>Ἐτέρωσις casuum.</u>	Acquor fontis, σ hic
Formas	est synecdoche, atq; æ-
Forma	quor est planicies. Græ-
Figuras	cis $\epsilon\pi\iota\phi\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota\alpha$ aquæ in
Figura	quam radij oculorum
Epitheto.	spectantiũ coincidunt.
Oppositas figuras	<u>Ἐτέρωσις casuum.</u>
Mendax figura.	Vnda in alba.
Simplex imago	Pura unda

EXPERIENTIAE

Depicta imago	Fontis aquæ
Vivas formas	Fons
Σωωνυμία.	Liquidarum aquarum
Der do sicht.	Fontibus in liquidis
Videntis	Aequore fontis
Spectantis	Humor aquarum.
Oculis spectantibus, &	Epitheto.
hic est πλεονασμός.	Liquida unda
Cum cernimus.	Pura unda
REFVLGET imago.	Vnda immobilis
widerscheinet.	Vnda quieta
Περιφρασικῶς.	Illimis fons
Redditur effigies	Liquidarum aquarum
Refert formas	Liquidis fontibus.
Exprimit figuras	SPECVLVM
Apparet figura	ein spiegel
Assimulat faciem	Ex notatione boni &
Forma fingit	apti speculi.
Generatur imago	Speculorum orbis
Refert faciem	Speculi fulgor
Effigies respondet	Læue æquor speculi
Effingit species	Orbis speculi
Imago repulsatur	Speculum coruscans
Cernitur effigies	Aequor speculi
Formæ fulgore uidentur	Purissimus orbis speculorum.

Refert

Refert simulachra	A speculo resplendet
Nitor remittit	Plana speculi, Hellenis-
Reiectat figuram	mus est τὰ ἐπίπεδα
Splendore coruscant,	τὸ κατόπτρον. Est autē
Et hic est μεταφορὰ.	ἐπίπεδον quod longi-
Facies cernitur	tudine et latitudine cō-
Forma reducitur	stat, ut ἐπιφάνεια re-
Facies refertur	ferat.
Umbra resultat	Læui in speculo
Imitatur formas.	Hic sunt et synonyma
	in epithetis.
	Aduersus
	Oppositus
	Obiectus, &c.

Ceterum id quod de speculo dicitur, idem et puræ aquæ est commune. Solet enim eadem κατοπτρίζεσθαι, id est, ueluti speculo imagines referre, et exprimere. Quare Seneca, Natura, inquit facultatem uel inopi est impartita seipsū uidendi, fons cuiquam perlucidus, aut bæue saxum imaginem reddit. Siquidem huius sententia specula sunt inuenta, ut homo seipsum noscat. Itaque speculum Socrati est morum disciplina. Suasit enim ut discipuli crebro semet in speculo contemplarentur, aut ut pulchritudo et corporis dignitas moribus honestis ornare-

E X P E R I E N T I Æ

tur, aut ut deformis uirtutis splendore inopiã
 formæ collustraret, damnãq; corporis ingenio
 compensaret. Verum quò totum negotium me-
 lius intelligatur pauca ex Optica in publicum p-
 feram, huic loco tantum necessaria.

Constat sanè idolum uel ex speculo, uel ex aqua
 reddi. Sed ut id ipsum commode fiat τὸ ἀνάλο-
 γον requiritur. Nã non omnia in omnia agunt,
 sed certa in certa, ueluti in imaginis refulsione
 est facultas agentis, aptitudo materiæ seu subie-
 cti, in quod fit actio, & conueniens applicatio.
 Eaq; uniuerſa, quatenus actio speratur, & finis
 destinatur ἀνάλογα diligenter spectanda sunt.
 Si enim unũ aliquod defecerit, actio frustratur.
 Facultas agentis est oculorum intuitus in aquam
 aut speculum. Est enim κατόπτis inspector, ab
 inspiciendo est κάτοπτρον, sicut Latinis est
 speculum ueluti in quod inspicimus, & faciem,
 id est, imaginem nostram contemplantur, ab an-
 tiquo uerbo specire, quod est uidere, auguribus
 olim usitato, deductum est. Hinc fit, ut oculus di-
 catur naturæ speculum, sicut speculum artis ocu-
 lus, qui Galeno nunc est instrumentum lucidum,
 nunc solaris animalis particula. Quapropter
 cum ex Aristotele oculum esse natura lumino-
 sum satis liqueat, eius radij in speculum incidunt

& cer-

Et certa reflectione formam quandam effingunt.
 Hic quoque attenditur potentia oculi uidentis. Si-
 quidem obiecta, in quibus est facultatis agendi ra-
 tio sunt uel fortia uel debilia ad idolum reddend-
 dum. Omnium autem fortissimum est sol, qui
 etiam in speculo sub aquis condito simulacrum
 stellæ solaris reddit, cum alioqui aquæ superfi-
 cies tanquam speculum ad representandum
 solem sufficeret. Ibi enim superficies aquæ in me-
 dio duorum corporum διαφανῶν ut aëris et
 aquæ rationem speculi habet. Debilia uero obie-
 cta minus uoto respondent. Deinde aptitudo sub-
 iecti est ut sit διαφανὲς. Quare sicut aqua, qua
 resultant pradiorū incidentium et reflexorum
 mutuum concursus imagines, primo debet esse
 liquida pura, illimis, ita speculum sit laue, laua-
 tum, nitidum, et purificum, quod est, non ut
 purum faciat, sed καταχρησικῶς, quod sit pu-
 rum, mundum, sine sordibus, nihil exasperatum
 immo complanatum, ut à quo omnis scabritia
 est semota, alioqui imagunculae aut nullae aut cer-
 tē obscuriores redderentur. Siquidem iuxta ca-
 toptrices traditionem polita corpora ea sunt,
 quorum partes in superficie continuæ sunt, atque
 speculum uere est omne corpus politum, uel ar-
 tis uel naturæ beneficio. Sunt enim duo adno-
 tand

E X P E R I E N T I A E

tanda. Primū *leuitas*, ubi est perfecta politura seu artificialis ut in chalybe, seu naturalis ut in equore aquarum. Deinde est *continuitas partium superficiali*, in qua ne rimula quidem appareret. Secundo sit *subiectum*, in quo fit *imaginis representatio*, immobile, quietū, atq; tranquillum, alioqui radij confunderentur, certamq; formam non effingerent. Huc & illud Virgilij:

-----Nuper me in littore uidi.

Quum placidum uentis staret mare.

Sic & Lucianus in Alcyone inquit: Nonne uides ut superiora sunt serenitate conspicua, fluctibus sedatū mare $\delta\muοιορ\ \omega\epsilon\ \epsilon\iota\pi\epsilon\rho\ \kappa\alpha\tau\omicron\pi\epsilon\omega$. Tertio, ut basis utrinq; adsit *subnigra & densa*. Quamobrem & natura post pellucidum humorem nigricans quiddam adiunxit, sicut in aqua est fundum ita in speculo est plumbum retrorsum illitum, ut eius obscuritas densior sit, ueluti fulcrum & refrenatio, alioqui nisi quaedam esset opacitas subducta uel naturalis, uel artificialis cunctæ imagines euanescerent, et quem admodum plumbum intrā διαφανέσ terminat, opacat & claudit, ita terræ densitas aquæ διαφανέσ constringit & finit. Prudenter igitur ars naturam imitata est, ut materia speculorum sit leuior & in partibus inoffensa continuitas

exacta; politura. Neq; id obscurum est, ut colore magis iuxta materiam, quam iuxta inspectionem variant. Aqua enim reddit alba, & pallida simulacra, sicut cassyteris lucida, & chalybs rutila representat. Figura quoq; speculorum nonnihil immutat. Nam in concavis maiores uisuntur imagines, in gibbosis minores, in sphericis latae & amplae, in planis pares.

Caussa autem magnitudinis ex angulorum ratione petenda est. Postea est applicatio, quae hic est contactus, situs & mora, uidelicet ut speculum sit à regione positum. Itaq; poëta subinde repetit obiectum & oppositum. Siquidem in oculo et in speculis aduersa sese ostendunt omnia. Interdum tamen imbecillis imaginum fit expressio, cuius caussa ex obliquatione radiorum petenda est. Nam quo rectiores sunt radij incidentes, & reflexi atq; refracti, eo certius imagines effiguntur, contra, quò obliquiores, eò magis hebescunt. Modus autem applicationis est, quo redditur imago duplex. Prior quidem cum medium διαφανές est tantum unum, ut aër inter oculum & speculum, Ibi fit per radiorum reflexionem. Posterior in aqua, sicut alter in speculo consideratur, ubi duo sunt media διαφανές. Vnum tenuius alterum densum, ut aër est

EXPERIENTIAE

Et aqua, ibi redduntur idola tum per refractionem, tum per reflexionem. Nam radius seu linea incidens per aërem, usq; ad superficiem aquae transiens inde reflecti debebat, si aqua non esset διαφανής, sed quia est διαφανής crassior tamen quam aër, ibidem in puncto incidentiae frangitur, si res uidenda est sub aquis fracta ad interiores aquae partes obliquum angulum continens pergit. Reliqua ex Vitellionis lib. 5. propositionibus petere licebit. Nos tantum Virgilio studere uoluimus.

SECUNDA EXPERIENTIA VIRGILIANA.

Amnis glacie concretus.

I.

Quà ratis egit iter, iuncto boue plaustra trahuntur:

Postquã tristis hyems frigore uinxit aquas.

II.

Sustinet unda rotam, patulae modò puia puppi:
Ut concreta gelu marmoris instar habet.

III.

Quas modò plaustra premunt undas ratis antè
Postquam brumali diriguere gelu. (secabat:

Vnda

I I I I.

Unda rotam patitur, celerē nunc passa carinā
In glaciem solidam uersus ut amnis abit.

V.

Quæ solita est ferre unda rates, fit puia plau-
Ut stetit in glaciē marmore uersa nouo. stris

V I.

Semita fit plauastro, qua puppis adūca cucurrit
Postquam frigoribus bruma coëgit aquas.

V I I.

Orbita signat iter, modò qua cauus alueus exit
Strinxit aquas tenues ut glacialis hyems.

V I I I.

Amnis iter plauastro dat, quidedit antè carinæ:
Duruit ut uentis unda, fit apta rotis.

I X.

Plaustra boues ducūt, quā remis acta carina ē:
Postquam dirigit crassus in amne liquor.

X.

Unda capax rarium plaustris iter algida præ-
Frigoribus sæuis ut stetit amnis iners. (bet.

X I.

Plaustra uia carpunt, quā puppes ire solebant:
Frigidus ut Boreas obstupescit aquas.

Pro-

EXPERIENTIAE

Propositio uariandæ sententiæ
generalis est

AMNIS GLACIE CONCRETVS.

Explicata autem hæc est, qua istius collati-
onis & contentionis singule partes certius di-
gnoscuntur.

AMNIS antea nauigabilis nunc
congelatus est uectibilis.

SYNONYMA SYNONYMA

cum periphrasi.

& periphrases.

Nauigabilis

Vectibilis

Gut zu schiffen.

Gut zu faren.

Nauigationi apta

Apta uehiculo uel plau-

Ratis agit iter

stro.

Patule peruia puppi

Iuncto boue plaustra

Et hic synechocicôs trahuntur. Adest & hic
pro tota naue ponitur. finitio.

Ratis secabat. Est autē Sustinet unda rotam. est
ratis trabium connexio metonymia.

nauigij uicē præbens, Plaustra premunt un-
sit igitur κατάχρησις. das, καὶ μετωυμίαν,

Celerem passa carinam & σωκεδοχλή.

& σωκεδοχλήως ca Vnda rotam patitur, id
rina pro naue usurpa- est, fert, & hoc est à
tur. signo.

Solita est ferre unda ra Fit peruia plaustris.

Semita

frates. Et hic in unda sy	Semita fit plastro, p
necdoche est, et in ra-	translationem.
tibus abufio.	Orbita signat iter per
Puppis adunca cucur-	translationem, & trās
rit, σωκεδ' οχ' ἦ est,	nominationem.
cum translatione.	Annis iter plaustra dat
Caucus alueus exit, per	metonymia.
metonymiam, & no-	Plaustra boues ducunt
tationem.	per metonymiam.
Dedit iter carinae, hāc	Plaustra boues ducunt
synecdochen & meta-	Plaustri iter unda pra-
phora exornat.	bet.
Remis acta carina est	Plaustra uiam carpūt
Unda capax ratiū.	Unda fit apta rotis
Puppis ire solebant.	Dedit iter carinae.
<u>Congelatus.</u>	*ciem
zu samen gefroren.	Stetit in glaciem, atq;
πριφρασας.	hic figurate est nouum
Iunxit aquas hyems	marmor.
Concretus gelu, & ge	Bruma coëgit aquas,
lu ἡ μεταφορ' ἀρ	per caussam efficientē
marmor dicitur, &	& modum.
marmoreum gelu po-	Strinxit aquas hyems
ëtis est	Duruit unda uentis ni
Diriguit gelu	mirum borealibus.
Abit in solidam gla*	Diriguit crassus humor
	F Stetit

E X P E R I E N T I A E

Stetit annis frigore in aduerbijs iã, modõ,
 Boreas obstupescit a- nunc, & alia circu-
 quas, estq; synonymia itione notantur.

LIBET nunc in glaciei naturam expatiari
 ut illa experientia melius percipiatur. Est autẽ
 glacies aqua cõcreta. Quare Græcis est κίγας
 uel παγετõς, uel πάγῳ ἢ τὸ πηγυῶν,
 quod est figere, conglutinare, & constabilire.
 Nam glacies est aqua fixa, cum non dimouea-
 tur. Est conglutinata naphthæ modo. Dicitur
 & gelu, ueluti aqua conferta, sicuti & gelici-
 dium est aquæ concretio. Vnde μεταφο-
 ρὰρ in obsonijs sunt pisces in gelu, est caseus
 gelatus. Atq; gelascere est gelu astringi. Quare
 Plinius dixit uina non gelascere. Gellius addit,
 rarerter gelascere. Cæterum materia eius uel
 ex hoc enigmate innotescit.

Mater me genuit, mox gignitur ex me.

Quod est, ex aqua glacies concrescit, & rursus
 in aquam resoluitur. Modum quoq; congelatio-
 nis uel solũ nomen Chrystalli subindicat. Iudico
 enim ἢ τὸ κρύος καὶ σέλλειν, nimirum quod
 frigus contrahat, apud Græcos deriuari. Itaq;
 Græcis est κρύσταλλος ὁ πεπηγυῶν ὕδωρ
 ἢ τὸ ψύχος. Siquidem caussa conficiens glaciei
 est

est frigus conglutinans, figens, & contrahens. Virgilius igitur subinde eandem adiecit, ut hyems tristis, cum μεταληπτικῶς aut κτλ μετωυμ-
 πίαx tristiores homines reddat, ut Brumale gelu, ut bruma frigoribus cogens, ut glacialis hyems, ut seuus stans, ut deniq; frigidus Boreas obstupesciens, atq; hinc regula colligitur. Tenuissimam aquam citius congelascere, cum mare sit ingelabile. Atq; Aristoteles eandem inter ea quæ illi sunt πικτὰ, connumerat. cui & Seneca suffragatur his uerbis: Quis non inquit, grauissimas esse aquas credat, quæ in crystallum coeunt. Contrà autem est. Tenuissimas in hoc conuenit, quas frigus ab ipsa tenuitate facilimè gelat. Vnde autem fiat eiusmodi lapis, apud Græcos ex ipso nomine apparet, κρύσταλλον enim appellant æque hunc perlucidum lapidem, quam illam glaciem ex qua fieri creditur. Aqua enim cælestis nimium in se terreni habens, cum induit, longioris frigoris pertinacia spissatur, magis ac magis, donec omni aëre excluso in se tota compressa est, & humor qui fuerat lapis effectus est. Hæc ille, ex quo liquet crystallum esse aquam cælestem gelu uehementiore sic concretam, ut nihil humoris sit reliquum, unde maxime inspissatur & lapidescit. Id uerò non per

E X P E R I E N T I A E

omnia commode posteris scriptum est. Siquidē
 crystallus non est Glacies. etiamsi sit aut ex a-
 quea substantia, aut certe ex eius succo purif-
 simo, sicut eius perspicuitas contestatur &
 non temere Propertius aquosam crystallum ap-
 pellauit. Itaq; facillimè liquefcit in igne, & in
 uitrum transit. Oportet autem nos fateri eius
 materiam esse aqueum succum à frigore intra
 terram conglutinato, qui interdum in saxorum
 canalibus effoditur, interdum & suas uenas &
 fibras habent. Coloris est ferè candidi &
 cum plumbo candido, aut Pario marmore con-
 fertur, cuius & apud poëtam in ista collatio-
 ne mentionem fieri credo. Nam si ex Glacie e-
 tiam qualicunq; nasceretur, nostræ regiones &
 patriæ maxime crystallo abundarent. Mouet et
 hoc quòd calore solis iam calefacientis non li-
 quefcit, ut glacies. Siquidem in colliquatione
 crystalli multus ignis circumdatur, atq; pluri-
 ma flamma urgetur. Hoc tamen non est negli-
gendum, ut feruorem ita & glaciem esse exupe-
rantia uocabula. Illud quidem est caloris, hoc
 uerò frigoris. Glacies enim non est simpliciter
frigida & humida, sed concretio humidi & fri-
gidi. Ad hunc modum feruor non est calidus &
siccus, sed ardor in calido & sicco proueniens.

Ex

Exquisitiora autem si quis optat, ex alijs requirat, aut condiscat necesse est. Nos tantū pro loco pauca isthæc qualiacūq; obseruasse uoluimus.

TERTIA EXPERIENTIA.

Iris.

I.

Thaumantis proles uariāti ueste figuras,
 Multicolor picto p̄ nubila deuolat arcu:
 Cūm Sol ardenteis radios in nubila iecit.

II.

Cūm Sol horrifico nimbos fulgore repleuit:
 Apparet uarij radys distincta coloris
 Iris: & insigni decorat curuamine cœlum.

III.

Clara sua ætherijs fulget Thaumantia proles
 Nubibus, ut radys pluuiū Sol attigit imbrem,
 Et picturato cœlum uelamine cingit.

IIII.

Discolor æthereis apparet nubibus Iris,
 Postquam flammiferi rapuerunt lumina solis:
 Et cœlum uarijs miranda coloribus ornat.

V.

Imbriferas nubeis radys ubi contigerit Sol:
 Luce sub aduersa uarios iacet unda colores.

EXPERIENTIAE

Dicitur hæc Iris picto spectantibus arcu.

VI.

Dum nubes radijs tetigit fulgentibus atras
Phœbus, & aduerso lumen respicendit imbris:
Tunc Iris uario circumdat nubila cinctu.

VII.

Mirifico nubes ambit Thaumante creata:
Quas cum exaduerso tetigit rota fulgida solis
Tum iacit insignis per nubila densa colores.

VIII.

Nuntia Iunonis uario decorata colore,
Aethera nubificū complectitur orbe decoro:
Cum Phœbus radios in nubem iecit aquosam.

IX.

Nubila nunc Phœbus perfudit lumine claro:
Tū fit ut humor aquæ suffulgeat: atq; colores,
Sub uaria specie iaciat mirabilis arcus.

X.

Cum radijs imbres, & aquarū p̄dulus humor
Frangitur apparet, quā Græcia nominat, Iris
Multorum insignis uario splendore colorum.

XI.

Iris habet uarios subiecta luce colores:
Quam sol imbriferæ fulgens de nube creauit.

Cum

Cum pepulit radijs obstantia nubila clavis.

XII.

Luce repentina cum Sol impleuit aquosas

Aduersus nubes: effulget protinus Iris

Picta ueste decens, & multicoloribus alis.

Sententia uarianda.

Iris diuersicolor contra solem in nubibus
apparet.

Nomina Iridis.

SERuius Irim dictam arbitratur, quasi esset
ἰρις, id est, lis & contentio, quod ferè con-
tentionibus & disidijs sit nuncia, sicut in rebus
pacatis Mercurius est, ἰριχοποιός. Hoc autē
discrimen apud bonos authores non est perpe-
tuum. Quare Plato & post eum Proclus ἀρετῆ
ἰρις, quod est loqui deriuant, quod ipsa non
minus sit ἀγγελος, atq; Mercurius. Illius autē
imago ex spectro iridis sumpta est, ut habitus sit
muliebris uersicolore ueste in obsequium expe-
dita. Est & hic Thaumantias, quod iuxta Hesi-
odū in Theogonia Electrae & Thaumantis filia
sit, cui & Cicero in 3 de natura deorū suffraga-
tur. Cur non, inquit, arcus species in Deorum nu-
mero non reponatur? Est enim pulcher, & eam
ob causam quia speciem habet admirabilem,

F A Thau

EXPERIENTIAE

Thaumante creditur esse nata, &c. Est & τῆς
 τὸ θαυμάζω, quod est admiror, cum eius spe-
 cies sit mirabilis. Est & θαῦμα propter admi-
 rationem, quae animos spectantium subit. Est & Iu-
 nonis immo omnium deorum & deorum ministra,
 ut ex poetarum lectione non est obscurum. Qua-
 re haec Graecis à uelocitate & pernicitate ἀελλο-
 λόπος et ποδὶ μύθη ἀγέλη nominatur.
 Est eadem & nocturna, quae ferè est lunaris. Est
 et gemina, seu duplicata, quae et Arato διδύμη
 est. In hac quisque spectabit subiectum ἀνάλογον
 Causam efficientem, figuram, & applicatio-
 nem in qua est & situs. Ex sacris uerò literis
 constat, primam iridem circiter Noë tempora
 uisam esse, & cuius rei pactum atque symbolum
 ex iisdem petere cuilibet integrum est.

FIGURA PER SVBIECTUM est den-
 notationem. sum nubilum iam in a-
 Der Regenbogen. quam transmutabile.
 Fit enim arcus ex iam Σωώνυμα.
 extillantibus nubibus, Das wassiger vnnd
 & cumin guttas nubes dicke Gewölck.
 iam mutantur. Nubes
 Pictus arcus Nubila
 Insigne curuamen Nymbus (auditur
 Cinctura oeli, et paulò Caelum, nubilum sub-
 post

post est, cingit cœlum, Aethereæ nubes	
sic & Aratus: ἕλωσε Pluuius imber	
μέγαρον ὄμβρον.	Imbriferæ nubes
Varius cinctus	Vnda
Ambitus nubium	Atræ nubes
Picturatum uelamen	Aduersus imber. Hic &
Complexus ætheris im-	Iridis situs explicatur.
briferi	Densa nubila
Mirabilis arcus.	Nubes aquosa
<u>H V I V S</u> ordinis est	Aether nubificus
& color, qui uarijs mo-	Humor aquæ (rum.
dis notatur.	Pendulus humor aqua=
Mancherley geferbt.	<u>In his nemo non ui-</u>
Diuerficolor	<u>det, ut per casuum im-</u>
Multicolor	<u>mutationē totius orati-</u>
Picta iris	<u>onis formā uariauerat.</u>
Variante ueste	<u>S I T V S</u> in quo ra-
Horrifico fulgore re-	diorum iactus in nubē
plet. Horrifico, Ἰαυ-	<u>oppositam attenditur.</u>
μασῶ, propter diuer-	Gegen vber im gew
forum colorum admi-	wülct.
rationem.	Ex opposito
Distincta radijsuarij co-	Luce aduersa
loris	Aduerso imbre
Discolor	Ex aduerso
Miranda coloribus	Obstantia nubila

F S uarijs

EXPERIENTIAE

uarijs. Ideo est multis,	Sol oppositus.
Thaumantias.	Σωώvυμoα.
Varijs coloribus	Scheinet.
Insignibus coloribus	Apparet
Subiecta specie colores	Deuolat per nubila
Splendor multorum co	Fulgore replet
lorum	Fulget
Picta ueste	Lumen resplendet.
Multicoloribus alis	CAVSSA efficiens est
Insignis splendore	sol, qui & Phœbus hic
Habet colores subiecta	est, cuius ratio ex Ma-
luce	crobio patet. <u>Eius au-</u>
Sol implet luce.	<u>tem notationes sunt:</u>
	Iactus radiorum solari
ETSI ex prædictis	um in oppositam nu-
tota Iridis tractatio nõ	bem
potest ita esse abstrusa,	Sol radios iacit
tamen pauca, aliquanto	Sol replet nubes
& fusius & crassius in	Sol attingit imbrem
studiose iuuentutis usũ	Rapta lumina flammi-
adnotare libuit. Est au-	feri solis (bes
tem <u>Iris solaris, solis ra-</u>	Sol radijs cõtingit nu-
diorum in nubem iam	Rota solis fulgida tãgit
extillantem proiectio,	Pellit obstantia nubila
tres circumscriptio-	claris radijs.
nes totidem cum coloribus hominibus spectan-	
	tibus

nibus referens, cum presentis pluuiæ, tum uerò
 diluuij aquei uniuersalis nunquam futuri iuxta
 pactum est signum. Caussa sanè conficiens est
 iactus radiorum solarium per uisum nostrum in
 nubem oppositam, quæ tum apta est subiecti,
 ceu speculi uicem gerens, si densa, si rorida, si
 guttulis stillantibus plena fuerit. Cæterum in
 forma Iridis, figura, magnitudo, & colorum
 uarietas attenduntur. Figura est circularis, quã
 & arcũ poëta appellauit, etiamsi nubes obiecta
 non sit rotundã, tamen satis est radios ex parte
 rotunda reflexos utpote perpendiculares solem
 irrepresentare, atq; sic tres sunt aut circuli, aut
 potius $\pi\delta\iota\gamma\sigma\alpha\phi\alpha\iota$ quas diceremus circum, cri-
 ptiones, extrema, quæ est & maxima, media &
 intima uidelicet minima. Magnitudo autem
 apparet semicirculi, cum centrum oculi, iridis
 & solis in una linea sit. Idq; fit quoties sol in fi-
 nitore est. Maior absq; dubio uidetur ab eo, qui
 altissimum montem subierit & conscenderit.
 Postea sunt tantum $\tau\mu\acute{\eta}\sigma\alpha\epsilon$, id est, segmenta
 circuli, uel maiora uel minora. Nam quo sol al-
 tior est supra finitorem, eò linea ducta à sole
 per oculum humilior erit, cum Iridis centrum
 infra finitorem sit, atq; sic circuli segmentum e-
 rit minus. Maxima tamen iris amplius quadra-

ginta

E X P E R I E N T I A E

ginta sex partibus apud nos, supra finitorem at-
 tollitur. Cæterum uarij & splendidi colores in
 nube tali sic redduntur, & resurgent. Notum
 est ut nubes sit obscura, eiusq; stillæ tersæ & po-
 litæ, in quibus ceu in speculis pro uarietate lucis
 colores referuntur. Verum cum circulus interi-
 or proximus sit obscuritati cæruleus uidetur, sic
 & medius, quia luminosior est, uiridis, sicut &
 extimus, quia maiore luce illustratus croceus seu
 puniceus. Nam lux debilis in splendidum colo-
 rem abit, sicut debilior in colorem nigro uici-
 num, et debilissima in colores sine luce ita muta-
 tur, ut postremo nigrior tamen appareat, in quo
 minimum lucis est adeo, ut hæc deficiat & tene-
 bræ surrogentur. Hi autem colores ueri uiden-
 tur, si soli crystallum uel trigonam, uel hexago-
 nam opposueris, mox in aduerso pariete erit co-
 lorum uarietas. Aut si libet uas uitreum aqua
 plenum soli expone. Alioqui si in crystallum aut
 uitrum inspexeris, ficti erunt colores. Neq; hinc
 obscurum est cur irides ex remorum agitatione
 in mari ex lucis reflexione à guttis aquarum fi-
 unt, cur hyeme flante Austro circa faces maxi-
 me ab his, quorum oculi sunt humidi eadem re-
 splendeant. Hæc & alia multò diligentius ab op-
 tices magistris præter Aristotelem explican-
 tur

tur, quorum si quis desiderio tenetur, eosdem
consulat necesse est.

Q V A R T A E X P E
R I E N T I A.

De quatuor anni tempestatibus.

I.

Verq; nouum stabat cinctum florente co
rona:

Stabat nuda Aestas, et spicea ferta gerebat:
Stabat & Autumnus calcatis sordidus uuis:
Et glacialis Hyems canos hirsuta capillos.

II.

Vere sinum tellus aperit, floresq; ministrat.
Tēpore solis ager messes fert pinguis opimas.
Fœcundos Autumnne lacus de uitibus implet.
Vis Hyemis glacie currenteis alligat undas.

III.

Frigoribus pulsus nitidum Ver æthera mulcet.
Scindit agros Aestas Phœbeis ignibus ardens.
Autumno dat Hyems mistum uicina teporem.
Albentis hæc durat aquas, & flumina necdit.

IIII.

Ver pingit uario gemmantia prata colore.
Ignea uestit agros culmis Cerealibus Aestas.

Vitis

EXPERIENTIAE

Vitibus autumnus turgenteis detrahit uvas.
Frigore at hyberna est grauidus niue nubilus

V. (æther.

Vere Venus gaudet florentibus aurca fertis.
Flaua Ceres æstatis habet iua tempore regna.
Vinifero autūno summa ē tibi Bacche potes
Imperiū sæuis hyberno tempore uentis. (tas,

V I.

Vere grauis fundit tellus cum floribus herbas.
Frugiferas aruis fert æstas torrida messes.
Pomifer autumnus tenero dat palmitē fructū
Mox humus hybernis albescit operta pruinis.

V II.

Vere nouo lætis decorantur floribus arua.
Et riget æstiuis hirsutus campus aristis,
Labra per autumnum musto spumantia feruēt.
Deponunt frondes hyemali frigore syluæ.

V III.

Ver placidum uario nectit de flore coronas.
Spicea ferta gerit calidissima solibus æstas.
Tēporaq; autumnū cingūt tua Bacche racemis.
Tristis hyems montes niueo uelamine uestit.

I X.

Ver

Ver agrum gemmis nitidū stellantibus ornat.
 At feruens æstas pinguisſima frugibus arua.
 Mox autumnali redolet uindemia foetu.
 Fronde nemus malè nudat Hyems, amnesq; ri-
 X. gescunt.

Purpureos flores humus affert Vere comanti.
 At Cereris donis horrescunt arua per æstum.
 Bacche tuo tempus fluit autumnale liquore.
 Obtegitur tellus per frigora ueste niuali.

X I.

Vere tepet picto Zephyris spirantibus ær.
 Decrescunt celeres æstiuis ignibus amnes.
 Temperies autumnæ fluit tua nectare dulci.
 Perq; hyemē lentus cælo niuis aduolat imber.

X I I.

Veris honos tepidi floret: Vere omnia rident.
 Arua sub æstiuis undant horrentia flabris.
 Vite coronatas autumnus degrauat ulmos
 Decutit ipse rigor syluis hyemalis honorem.

X I I I.

Flore solum uario depingit odoriferum Ver.
 Falciferamq; decem messes remorantur in æstu
 Dat musto grauidas autumnus pomifer uuas.
 Sithonia glacialis hyems niue cana senescit.

EXPERIENTIAE
De Vere sententia uarianda.

Ver producit flores, aut,
Vere terra floret.

CAUSSAE.

EFFECTVVM

<p>Ver nouum stat. Est $\epsilon\iota$ $\kappa\omega\mu$ Veris Vere sinū tellus aperit. Huius enim aduentu ter ra aperitur, & relaxa= tur propter aërem tem peratum. Vnde & mē= sis Aprilis Ouidio dic= tus est. Nitidum Ver, id est splē didum, propter solem à Borea ad nos redeuntē, qui aërem hyemalē mul cet, & mitigat. Quare frigora pulsa addit. Venus gaudet Vere cū hæc dea fœcūditatis ē et à ueniendo, quòd ueni= ant flores, Venus dicta est. Tellus Vere fundit.</p>	<p>notationes. Cinctum florente coro na, Et hîc $\epsilon\iota\kappa\omega\mu$ est ue ris, more poëtarum. Pingit gemmantia pra ta colore, id est, splen dentia in modum gem marum. Dicitur & ui tes & arbores gemma re, cū sub tempus Ve ris gemmas emittunt. Gaudet florentibus ser tis. Fundit cū floribus her bas. Arua decorantur flo= ribus lætis, id est, $\epsilon\upsilon$= $\delta\upsilon\mu\omicron\iota\varsigma$ Vario nectit de flore coronas ab imagine, et $\rho\sigma\omicron\pi\omicron\chi\iota\alpha$ phrasis pe Ver</p>
--	---

Ver placidum. Tale tita est.
 est ex aëris uerni tem Ornat agrum gemmis
 peramentū. stellantibus, id est stel=
 larum splendore con=
 Ver comans, id est, her larum splendore con=
 bosum, & gramino= spicuis.
 sum, ἢ μεταφορὰ Affert purpureos flo=
 Vernus aër tepet, Ra= res
 tio est, quia zephyri Omnia rident, μεταφο
 spirant. Eadem Veris γινώσκει lata sunt, & sum
 notatio est & in I. Ge= ma alacritate proger=
 orgico. minant.
 Ver tepidum. Depingit uarios flores,
 Ver odoriferum, cum κατ' ὑποτύπωσιν &
 ferat odores germinū, metaphoram.
 eorumq; diuersorum.

VERIS autem laudes passim poëtae decan
 tant tam Græci, quàm Latini, ut sit uel formo=
 sissimus annus, hoc est, anni quadrans pulcher=
 rimus. Vnde & præcipuè ὡς αὐτὴ pulchritudine
 florum dicitur. Initium uerò eius est aliud atq;
 aliud. Siquidem Astrologis est sectio uerna, in
 qua olim prima Arietis pars erat. Sed cum lon=
 go tempore stellæ etiam fixæ punctū illud trans=
 iliunt, & recurrere ad solstitium præcedenti=
 bus stellis in consequentia certis obseruati-

G bus

EXPERIENTIAE

bus uisæ sunt, magna mutatio subsequuta est, quã non immerito, teste Ptolomæo Hipparchus μετὰ τὸ τωστίρι appellauit. Itaq; δ' ὠδ' ἐκατημόρια nimirum in duodecim membra per tricenas partes diuisa initio ab Ariete factò constituerunt. Hoc autem olim in puncto æquinoctiali iuxta uernam sectionem fixum, Ptolomæi quidem memoria septenis partibus ad solstitij punctũ processit, nostra circiter uicenas septenas. Quid multis? Hæc alias et diligentius excutienda sunt, nunc quadrantes zodiaci iuxta puncta solstitij & æquinoctij in tempestates anni astrologorum more etiamnum diuisos esse licet. Ceterum agricola, sicut & Columella meminit, non minus medici atq; poëtae illam sectionem mediam quoq; penè ueri constituunt, quemadmodũ ex Hippocrate liquet, ἐπὶ δὲ, inquit, ὦρα ἐπαυῶν τὸν ζέφυρον καὶ μαλακωτέραν γένηται, & hoc est primum seu nouum Ver, sic Virgilius expressit:

Vere nouo gelidus canis cum montibus humor
Liquitur, & Zephyro putris se gleba resoluit.
Depresso incipiat tum iam, &c.

Medium quoq; Ver his uerbis ab eodem describitur: ὅτε ἡ ἀρκτὸρος ἐπιτολῆι χαλιδῶν ἡ δ' κφέρηι. Duplex est hîc notatio, prior ex
arcturi

arcturi ortu, eoq; uespertino & uero, qui est
 ἀρκούρου. Nam arcturus uespertino ortu ap-
 paret, quando Sol cum Tauro occidit, Poste-
 rior ex hirundinum aduentu, à quo natum est
 prouerbiū: Vna hirundo non facit uer. Sic
 Virgilius.

Candidus auratis aperit cum cornibus annum

Taurus, & aduerso canis occidit astro. *f. cædens.*

Hoc est, cum sol in Tauro uersatur, idq; fit no-
 stro tempore circiter tertium idus Martias, uel
 decimo die Aprilis, ad quem hic alluditur, cum
 aperire annū cecinerat. Postremò summū Ver
 ab Hippocrate sic notatur ὀκότερον δέισιν μέ-
 ρια γένηται, ἢ δὴ μαλθακώτερον, καὶ αἱ ἡμέραι
 μὲν μακρότεραι, αἱ νυκτὲς βραχυτέραι,
 καὶ ἡ ὥρα θερμήτε καὶ ξηρὴ κατὰς ἡ, quod
 est, post æquinoctium uer est tempus mollius, &
 sicut dies longiores, ita noctes breuiores sit.
 Tempus autem constituitur calidum & siccum,
 quorum utrunq; iuxta æstatis uiciniam huic tem-
 pori attribuitur, cum in Vere iuxta Galenum
 omniū qualitatum sit temperamentū quoddam,
 sed iuxta philosophos plerosq; calidū et humi-
 dū, sicut in humoribus sanguis, & inter elemen-
 ta aër, & inter gradus ætatis adolescentia est.

EXPERIENTIAE
AESTATIS DE
SCRIPTIO.

Sententia uarianda.

AESTATE FIT MESSIS.

NOTATIO aestatis.	NOTATIO messis.
Aestas stabat, est, εἰκωρ & προσομοίαια.	Spicea ferta gerebat Fert opimas messes
Tempus solis, id est με- ταληπτικῶς aestatis	Vestit agros culmis Ce- realibus. In uerbo est
Ardens aestas, cuius ca- lor agros proscindit.	metaphora, & Cerea- les per transnominati-
Ignea aestas	tionem pro frumenta-
Tempora aestatis, id est uel ἀνθυπτῶσα pro tē	ceis ponuntur. Flaua Ceres habet re-
pus, uel ἡ μετωνυμί- αυ contemperaciones & μίαι	gna aestatis, μετωνυ- & periphraſis
statis calidæ & siccae.	messis est.
Torrída aestas	Fert frugíferas aruis
Calidíſſima aestas.	messes
Feruens aestas	Riget aestiuís aristis.
Aestas, id est, μεταλη- πτικῶς calida aestas.	Riget ex aestatis sicci- tate, & in hirsuto cam
Aestiui ignes, quibus tor- rentes, qui hic sunt cele	po est μετὰληψίς, & maturitatis adeoq; mes-
res amnes, exiccantur.	sis signum.

Aestiuá

Æstiuæ flabra, id est, Spicea ferta gerit, est
uenti.

Imago.

Ornat arua frugib. pin

ITERVM hic æguissima.

statis κατὰ γὰρ ἠὲ rusti Arua horrescunt Cere
ca est. Nam astrologica ris donis μετῶν ὑμῖα
incipit cū sol in circu duplex.

lo solstitiali progredi= Vndant torrentia ar=
tur. Rustici, & agrico= ua. Hic est enallage
le sicut et poëta primā, simplicis pro compo=
mediam, & extremam sito, abundant, & tor
seu summā faciunt. Pri rentia sunt exiccata, et
ma ferè est, circa Pleia arefacta.

dum ortum uidelicet, q Messes remorantur fal
astronomis est ortus ma ciferam Deam, hoc est
tutinus apparens, poë= Cererem. Aliàs Satur
tis ἠλιακός. Nam Ple= nus rectius est falcifer
iades ante ortum solis sicut & eius pictura o=
iā in geminis extremis stendit.

uersantis manè uidentur, hodie sic nobis oriun=
tur mane tertio nonas Maias. Eandem rationem
aut poëticam aut rusticam & Hippocrates se=
cutus est, μέρι πλειάδων ἐπιτολῆς δέξεται.
Ad hunc modum media statuenda est æstas, cum
sol sit in cancro, sicut ultima est cū sol non=
dum uirginem attigerit. Itaq; Hippocrati me=

EXPERIENTIAE

dia est circa solis solstitia, quæ ille non aliter ac astronomi ἡσπῶς nominat. Hinc & ultima est, cum Arcturi ortus instat, aut qui Græcis semper fuit ὀπώρη. Memineris non ubiq; sententiam uariandam fuisse absolutam, sed solum ut cū dialecticis loquar, subiectum explicatur, & prædicatum neglectum est, sicut cuilibet experienti id ipsum non potest esse abstrusum.

AUTVMNI DE

SCRIPTIO.

Sententia uarianda.

AUTVMNVS fert copiam uini. Vel, Autumnno fit uindemia.

ἡσπῶς	Autumni.	VINDEMIAE
Autumnus sordidus, hu-		notationes.
ius est ratio, quia uue		Calcatae sunt uue per
calcantur, atq; hic est		metonymiam.
ἔκωρ præsertim in stā		Implet lacus de uitib.
di uerbo.		lacus idest ληυεε et in
Habet ex uicina hyeme		uitibus est synecdoche
mistum teporem. Tem		Detrahit turgentes u-
peramenti est notatio,		uas uitibus, id est, aut
quod est præcipuè in ca		uindemiant, aut fit uin-
liditate & siccitate. Est		demia.
enim σὺμπῶρεα in ex		Autumno est Bacchi

summa

tremis quatuor discriminum anni partibus, & apostrophe. Hic Le
 non alia atq; in clementorum coniunctione ultima,
 Autumnus uinifer Pomifer Autumnus, penè idem quod Græcis ὀπωρινὸς.
 Autumnale tempus. Temperies Autumni, hic ad eius crasin ratione aut æstatis aut hyemis respicit.
 Sunt autè in uuis, quæ sunt græcis σαφυλαί, aliquot ptes, ut ὑμῶν membrana ambiens, quæ cum sit frigida & sicca difficilius concoquitur, σὰρξ caro, ὑγρότης humiditas, quæ per carnem sparsa est, γίγαρτα nuclei, σέμυφύλα uinacea, quæ relinquantur post calca-
 summa potestas. Variat & apostrophe. Hic Le
 næus dictus est, quòd uinum ex racemis in torculari exprimere docuerat. ἀπὸ τοῦ βακχίμ, id est, ululare & inconditè clamare, quales sūt & clamores ab ebrietate facti, iuxta cum contentionib. unde est ἐρίβρομ, ἐριβρεμέτης ἐριφιώτης. Interpres Hesiodicus eum Dionysium dici contendit, quæ si δ' ἐδ' οἴνου σορ ut sit δ' ἰδ' ὄναι τὸν οἶνον, à qua sententia neq; Plato recedit.
 Tenero dat palmite frutum.
 Labra musto spumantia feruent, ἤπι μετώνουμίαρ.
 Cingunt tempora Bacchi racemis. Est ἔικωρ,

E X P E R I E N T I A E

tionem & expressionē, & metonymia.

γλεῦκον est mustum, Reddit uindemia au-
liquor ex prelo, in la- tumnali foetu, qui κατ'
bra defluens. ἐξοχλὼν est uinum.

Fluit Bacchicus liquor

A T Q U E hic Autum- Fluit dulce nectar,
ni descriptio esset & quod miror cur olim
rustica, quàm et rei ru- fuerat uinum ex hele-
stica scriptores agnos- nio.

cunt, et astronomica cu Degrauat ulmos uite
iusprincipiūplerūq; est coronatas.

circa arcturi ortum, ut Respicit ad uitam ar-
pote heliacum, cū sol bustinam, & in uerbo
in extremis uirginispar μετῶνυμῖα est.

tibus uersatur, quo aq- Dat grauidas musto u-
noctium instat, fieri iu- uas.

dicatur, sicut finis eius est quando sol in Scor-
pione uesperis occidit, mox è regione Pleiades
exoriuntur ἀκρονύχως. Deinde eius tempe-
ramentum cum subsolano, aut tertia etate ac-
commodatur, non secus ac uer fauonio, & pri-
ma etati confertur.

H Y E M I S D E S C R I P T I O.

Sententia uarianda.

H Y E M E congelantur aque.

NOTATIONES

Hyemis.

CONGELATIO-

Glacialis hyems stabat,

nis notationes.

ut sit ἕκωρ.

Hirsuta canos capil-

Vis hyemis, quæ est fri-

los. Imago est, & Hel-

gidissima.

lenismus, iuxta cum

Frigus hybernum, cui prima notatione.

ex temperamento est Glacie currentes alli-

nubilus æther, id est, a-

glaciat undas.

er propter frigiditatē

Albentes hæc durat a-

& humiditatem.

quas, & flumina necit

Dominium seuorum uē Aether grauidus niue-

torum, qui sunt hyema Est metaphora.

les, ut Boreas & alij ui

Humus albescit, opera-

cini proximi.

ta hybernis pruinis.

Tristis hyēs, ut quæ tri-

Syluæ deponunt fron-

stificat

deshyeme, μετωπιία

Hyems nemora fronde

prorsus est, & notatio

priuat.

poëtica. Nā multis ar-

Rigor hyemalis.

boribus cum omnis suc-

Glacialis & cana hy-

cus exiccatur hyeme

ems.

nulla est frondatio.

Vestit montes niueo ue-

PORRO astrono-

lamime, Pruina amnes

mi hyemi tria signa cō-

rigescunt

cedunt, ueluti Capricor

Tellus obtegatur ueste

G 5 num

EXPERIENTIAE

num, aquarium, & pi- niuali. Et pruina & ni-
 sces. Agricultura scri- uis est notatio per me-
 ptiores atq; poëta à Ple taphoram à uestitu.
 iadum occasu aufpican- Lentus nimis humber
 tur, de quo sic Hippo- aduolat. Nam nix ni-
 crates uictum hyemalē hil aliud quàm concre
 eodem modo describit, ta pluuiā, ideo lenta p
 ἄπ' πλειάδων inquit, pter concretionem ad
 δύσι & μέλι ἡλίου iicitur.
 τροπῶν ἡμέρας τεσσα Decutit honorem syl-
 ρακοντέσας περὶ δὲ uis, id est, frondationē
 πλὴν ἑοπλῶν ἢ φυλα- aufert.
 κῆ, ὅτι μάλιστ' εἶναι, Sythonia niue canescit
 καὶ ἄπ' ἑοπῆς ἡλίου hoc est, niues & prui-
 ἄλλας τόσ' αὐτὰς ἢ= nā hyemis caussa. Allu
 μέρας τῆ' αὐτῆς διὰ τῆ ditur ad Boream, qui
 ἄεθ'. Quod est, Idē uentus est ferē hyema-
 sit tibi uictus ab occasu lis, sicut & Hesiodus
 Pleiades cosmico ut- canit, Threiceū, Thra
 pote, cū sol sit in sa- ciā aūt pars Sitbonia
 gittario exoritur manē est.
 Pleiades occidunt et est occasus matutinus uerus
 non apparens usq; ad solstitiū circiter dies qua
 draginta quatuor. Sed circa solstitium attentū
 te esse oportet, & à solstitio alios totidem dies
 uictus non sit diuersus. Ex hoc uerbo qlibet medi
 ocriter

ocriter prudens hyemis principium, medium et
finem expendere potest. Quæ ratio Varroni,
& Columella non est ignota.

Q V I N T A E X P E =
R I E N T I A .

De ortu solis.

I.

A Vrora Oceanum croceo uelamine ful
gens
Liquerat, & bijugis uecta rubebat equis.

II.

Luce polum nitida perfudit candidus orbis,
Et clarum emicuit Sole oriente iubar.

III.

Roscida puniceo Pallantias exit amictu,
Astrigerum inficiens luce oriente polum.

IIII.

Sol insigne caput radiorum ardente corona
Promit ab æquoreis Tethyos ortus aquis.

V.

Extulit Oceano caput aureus igniferum Sol,
Fugerunt toto procius astra polo.

VI.

Cone

EXPERIENTIAE

Concessere Deo tenebræ: rebusq; colores
Lux iterum cunctis reddidit alma suos.

VII.

Tithoni coniux roscio sub lumine terras
Inficit, & cœlum lutea sydereum.

VIII.

Cùm sol igniferos currus è gurgite magno,
Sustulit, & clavis astra fugavit equis.

IX.

Nox abit astrifero uelamine cincta micanti,
Et redigit stellas, exoriturq; dies.

X.

Emicat Oceano Phœbi rota clara relicto,
Illustrata nitent lumina cuncta suo.

XI.

Aurea fulgebat roseis Aurora capillis,
Et matutino rore madebat humus

XII.

Tethyos undiuagæ cùm profilit æquore Titã
Flammiferos uultus ore micante ferens.

XIII.

Exoritur Phœbus perfundens luce nitenti
Et maria, & terras, stelliferumq; polum.

XIII.

Astræq;

Astraq; cesserunt fulgentia crinibus aureis,
Et nox sydereas occulit atra faces.

XV.

Sol oriens, currusq; suos è gurgite tollens,
Oceani, claro reddidit orbe diem.

XVI.

Flammiferumq; iubar, terræq; poloq; reduxit,
Et pepulit radijs astra repentè suis.

XVII.

Memnonis ut genitrix infecerat humida cœlū
Et roseis manibus sidera dispulerat.

XVIII.

Phœbus Athlantheis è fluctibus aureus orbē.
Sustulit igniferum, luxq;, diesq; redit.

XIX.

Prævia flammiferi currus aurora rubebat,
Extuleratq; alto gurgite Phœbus equos.

XX.

Noctiuagosq; simul radijs flagrantibus ignes
Depulerat cœlo, reddideratq; diem.

XXI.

Vix aurora suo rubefecerat æthera curru.
Summaq; canebat roribus herba nouis,

XXII.

Prosi

EXPERIENTIAE

Profilit è medio candens rota Tethyos undis,
Et uaga cesserunt sidera Solis equis.

XXIII.

Surgit ab oceano, Tithoni fulgida coniux,
Et ueste ab rosea subruit ipsa pedes.

XXIII.

Tum Phœbus radijs rutilum fulgentibus orbē
Depulit è tenebris, noxq; peracta fuit.

Sententia uarianda est

SOLE oriente dies redit.

FREQVENTES in hac solis orientis
descriptione sunt imagines, nunc solis, nunc au-
rora, nunc noctis abeuntis una cum stellis, nunc
pellucidarum stellarum, quæ σωμειδ' οχικῶς
petuntur ex partibus, sub quibus comprehen-
dere licet connexa, siue adiuncta, ut soli & au-
rora sunt currus, uelamen, seu amictus. Dein-
de ex synecdoche uarietas nascitur, nam modò
totum solum ponitur, modò totum cum par-
te, aut uicinior, aut remotior, modò totum
cum partibus ordine acceptis, modò ex parti-
b' totū intelligitur. Postea soli orienti præuia
aurora coniungitur, exceptis tribus in locis, ut
in tertia quinta & septima descriptionibus ne-
gligitur. Neq; id à synecdoches ratione multum
abho-

abhorret, maxime si ad diem referatur, cuius au-
 rora initium est & pars. Præterea & tectum
 στανειδ' οχικῶς indifferenter nunc soli, nunc
 auroræ tribuitur. Adhæc diei notatio ferè ex
 luce seu lumine tanquam suo adiacente facta est,
 aut opponitur εσθου κρηαυκῶς nox, quæ iti-
 dem suas habet circumstantias non rarò per ima-
 ginem ex partibus seu ex adiunctis, atq; sæpe
 ambæ coniunguntur, sæpe alterutra tantum po-
 nitur, altera subintellecta ex relatiuorum natu-
 ra. Postremò & epitheta obseruanda sunt, tum
 in toto, tum in singulis partibus, ex quibus enal-
 lage aliàs admodum frequenti occasio datur.

Proinde sententia sic ordinetur.

SOLE aut aurora exoriente dies fit.

SOLE aut AURORA

Candidus orbis. Solis Cuius hæ sunt notatio-
 est periphrasis κατ' ἐξ ης.

οχικῶς, aliàs aureus est Aurora fulgens croceo
 orbis. uelamine. Hic est εἶς

Aureus sol. Talis uide- κωρ, & crocea à co-
 tur qualitate nubiū den lore in nubibus subhu-
 fiore, uaporosa & sub- midis apparente, atq;
 humida. hac de caussa Græcis

Clara rota Phœbi, id est κροκόπεπλῶς ut cui
 sol, στανειδ' οχικῶς est, sit palla crocea.

EXPERIENTIÆ

πῆξι φρασικῆ. Est enim Rubebat uectā bijugis
hic rota, currus, iuxta eqs. Est hīc Imago po
poetas. *ētica, & Græcis est ē-*

Titan est sol, hic enim *εὐδὲθαυνομήν,* equi
fingitur Hyperionis Ti sunt apud Homerum
tanis filius, & Homero Odys. *χ. λάμπει*
Hypereonē, supra nos *εὐ φάειδωρ.*

means. Nam Diodorus Roscida pallantias, *με*
Siculus solis motum, *λυ-* *τωνυμία.*

ne & aliorum astrorū Auroræ exortu ros ea
eum obseruasse tradidit dit, et filia Pallantis est
Phœbus est quod uitam Tithoni coniux, & Ti
ferat iuxta Macrobiū. thonia eadem est. Au=
Candens rota, id est, sol rora enim Tithonum
μετωνυμία, synecdo=
che & antonomasia. amauit, eundemq; rapu

EX ORIENTE it, qui eundem propter

Notationes. nimiam ingrauescentē

Liquerat Oceanum, id ætatem in cicadam uer
est finitorem orientalē, tit, iuxta Ouidius. in
aut inferius Hemisphæ=
Metamor. Est & pro=
rium. uerbium Tithonia se=
Perfudit nitida luce po
nectus apud Lucianum

lū, id est, cœlum *συνεκ* Suidam & Roteroda=
δοχικῶς per transla=
tionem. mum.
Lutea aurora, sicut an
Exit

Exit purpureo amictu. tem Crocea dicta est.
 Est enim imago à colo- Aurea aurora, & Ho-
 re, qui iuxta nubiu qua- mero in hymnis est & u-
 litatem subinde uariat. σόδρον & ἠώς, cui
 Purpureus autem est in sunt capilli rosacei, a-
 nubibus nonnihil uapo- pud Homerum est ῥο-
 rosis. δ' ὀδ' ἄκτυλ & à ro-
 Sol ortus ab æquoreis seis digitis et manibus,
 Tethyos aquis, hoc est, sed σωεκδοχιῶς,
 ab horizonte orientali. Memnonis genitrix.
 Est autem Tethys dea Natus est hic ex Titho
 maris, Achillis mater no, & Aurora, iuxta
 apud Homerum, & He poëtarum fabulas eti-
 siodum. am notissimas.
 Oceano extulit ignife- Aurora rubescit athe-
 rum caput. Redit ad i- ra. Fingitur enim eius
 maginem solis. imago lampada manu
 Inficit terras & cœlum ferens. Itaq; & λαμ-
 roseo lumine, ἔκωρ est παδοφόρ & dicta
 Sol fert igniferos cur- est.
 rus è gurgite magno, Tithoni uxor fulgida
 hoc est, σωεκδοχι- Quare ἔανκφόρ &
 κῶς Oceano, qui est fi- ἠώς ab Antimacho ap-
 ntor more poëtico. pellatur, id est, lucida,
 Sol æquore Tethyos p splendida, & subtili
 silit, id est, Oceano, qui palla ornata.

H qui

EXPERIENTIAE

qui est ὄριζον. Prævia aurora. Præ-
 Exoritur sol currit enim Solem ex-
 Currus suos è gurgite orientem. Est quoq; in
 tollit Oceani, σωεν- hymno Orphei ἀρχε-
 δοχὴ ἔστ' ἔ metony- λίαι, id est, nuncia dei
 mia. Titanis.
 Reduxit iubar flammi- DIESCIT aut dies fit
 ferum terræ & cælo. Emicuit clarum iubar.
 Sol sustulit orbem ex Dei est periphrasis ὕ-
 fluctib. Atlanteis, id est ποδῆτικῆ.
 marinis. Sunt qui Atlan Inficit cælum astrige-
 tem inter deos marinos rum luce, μετωνυμία
 connumerant. Famili- Fugat nocturna astra,
 arius tamen occidentali ἔ diem illustrat.
 Oceano, ubi ἔ in Mau Sol promit caput in-
 ritania eiusdem nomi- signe radiorum arden-
 nis ἔ montis ἔ mare te corona, id est splen-
 appellatur, meo iudicio didum, clarum, cun-
 conuenit. Sit igitur sy- cta illuminans, εἰκωπ
 necdoche. est.
 Rubescit aër suo cur Fugerunt toto proti-
 ru. Ut autem interdum nus astra polo. Nota-
 ex oriente aurora aër tio est à repugnantib.
 orientalis rubeat, in me dies est ergo nox non
 teorologicis planum fit est.
 Surgit ab Oceano Au- Concessere deo tene-
rora

rora. Aurora subruit bræ. & hic est ἀντίθε-
pedes è rosea ueste. σις ex cessione aut no-
Sol depellit è tenebris ctis aut tenebrarum,
suum orbem rutilum, quæ Phæbo, id est, Soli
ἔικωρ est & μετωνυ= cedunt.

μία. Tenebras enim p Rebusq; colores lux ia-
nocte posuit, terum cunctis reddit al-
ma suos, μετωνυμία.
Tunc omnia suis colo=

IN hoc quoq; experi- ribus uidentur. Al=
mento admodum mira- ludit & hic ad uisus ra-
bilem aliam uarietatem tionem physicam.

quæ fit enallage & par Sol claris astra fugauit
tium orationis et in ijs= equis, qui apud Ouid.
dem accidentium iuxta 2. meta. quatuor nu=
cum figuris adolescen= merantur, non sine ra=
tes facile uel sine magi- tione iuxta mytologi=
stro obseruabunt. Item am.

& in sole & in aurora Nox abit, ergo diescit
ex oriente caussas, effe- Huius autem imaginè
ta cum repugnantibus est uelamen astrorum
adiunctis, alijsq; paucis splendore insigne.
locis dialecticis adno- Illustrata nitent lumi=
tasse magnopere con- ne cuncta suo. Die, n.
ducit. rebus suus color red=
ditur, μετωνυμία.

E X P E R I E N T I A E

<p>Matutino rore mad- bat humus, metonymia est.</p> <p>Fert flammiferos uul- tus, εἰκὼς est.</p> <p>Fulgentia astra cesserūt Et hic Imago, Et à re- pugnantibus finitio.</p> <p>Nox atra oculit faces, id est, stellas, quæ uel Ciceroni sunt igniculi.</p> <p>Claro reddit orbe diem</p> <p>Pepulit radijs suis astra</p> <p>Roseis manibus sydera dispulerat.</p> <p>Luxq; diesq; redit</p> <p>Noctiuagos ignes cælo depulerat, hoc est, ma- gnitudo lucis solis de die astra noctu uisa ob- fuscauerat.</p>	<p>Summa herba rore ca- nebat, μετωνυμία est</p> <p>Equis solis sydera ces- serunt, quæ sunt uaga non ut πλανήται in suis orbibus tanquam domicilijs, sed raptu primi mobilis intra ui- ginti quatuor horas ra- piuntur, alioqui genui- nus illis motus est no- tabilis, πρὸς τὰ ἐπό- μυα.</p> <p>Nox peracta fuit, ex repugnantibus.</p> <p>Supera ut cælum, Et infera ut maria Et ter- ra sunt luce Solis per- fusa.</p>
--	--

S E X T A E X P E R I E N T I A.

De duodecim signis cœlestibus.

Primus

I.

Primus adest Aries, Taurusq; insignibus
auro ignum.

Cornibus, & fratres, & Cancer aquaticus si-
tū Leo terribilis Nemees, atq; innuba Virgo.
Libra subit, caudaq; animal quod dirigit ictū.
Armatusq; arctū Chiron, et corniger Hircus:
Fusor aquæ simul, & fulgenti lumine pisces.

II.

Portitor est Helles, & portitor Europæus,
Et gemini iuuenes, et pressus ab Hercule cæcer.
Horrendusq; Leo sequitur, cū Virgine sancta.
Libraq; lance pari, et uiolentus acumine caudæ
Inde Sagittiferi facies senis, & Capricornus:
Et q portat aquã Puer urniger, & duo pisces.

III.

Signorum princeps aries, & Taurus, & unã
Tyndaridæ iuuenes, et feruida brachia Cæcri.
Herculeusq; Leo Nemeæ pavor, almaq; Virgo
Libra iugo æquali pendens, & Scorpius acer,
Centaurusq; senex Chiron, et cornua Capri,
Et iuuenis gestator aquæ, Piscesq; supremi.

IIII.

H 3 Core

EXPERIENTIAE

Corniger astrorū ductor, Taurusq; secundus:
Tum sidus geminum, & Cancri gemmantis

(imago

Truxq; Leo, et Virgo, q̄ spicæ munera gestat,
Et Librā, quā Cæsar habet: Chelæq; minaces
Atq; arcu pollens, & falsi gurgurus Hircus.
Vrnaq; nimbiferi, Piscesq; nouissima forma.

V+

Dux Aries, et frons Tauri metuenda minacis.
Et Ledæ soboles, & Cancri torridus ignis.
Terribilisq; Leo, species quoq; Virginis almæ.
Momentūq; sequens, caudaq; timendus adunca
Hinc tendens arcū: liquidi Caper æquoris inde
Troianusq; puer, Geminiq; sub æthere pisces.

V I.

Nubigenūm iuuenum uector, Tauriq; trucis
(frons, (mis
Et proles duplex Iouis, & Nepa torrida flam
Aestifer inde Leo iusta cum Virgine fulgens.
Quam sequitur libra, et uiolentu cuspide sæuus
Semifer Arcipotens subit, & Capricornus
(a quosus:
Et cui nomen aquæ faciunt, Piscesq; gemelli.
Cornie

VII.

Corniger in primis Aries, & corniger alter
 Taurus, ut gemini: sequitur quos cæcer adustus,
 Terribilisq; feræ species, & iusta puella:
 Libra simul, nigrumq; ferens in acumine uirus.
 Centaurusq; biformis adest, pelagiq; procella
 Atq; amnem fundens, et pisces sydus aquosum.

VIII.

(ctor

Cornigeri ductor gregis, Europæ quoq; ue-
 Et duo Tyndaridæ: tū Cancer Sole perustus,
 Herculæq; manu pressus Leo, et optima uirgo,
 Hinc Trutinæ species uenit, armatusq; ueneno
 Scorpius, atque Sagittifer, æquoreiq; Capri
 (frons
 Quiq; urnã gerit, & pisces duo signa sub uno.

IX.

Principium signis ouium sator: inde iuuenicus:
 Progenies duplex, et aquarū Cancer alumnus.
 Pressa sub Herculeis manibus fera, iustaq; Vir
 (go.
 Libra subest, caudaq; ferens lethale uenenum:
 Tū geminus Chirō, et Corniger æquoris alti,
 Dilectusq; Ioui puer, & duo sidera pisces.

H 4 Dux

EXPERIENTIAE

X.

Dux gregis, et placidum pandens subit æthera
 (Taurus
 Germaniq; pares, et Cancro iam comes æstus,
 Atq; Leo primus labor Herculis, et pia Virgo:
 Libra comes sequitur, minutans et Scorpius ictu.
 Et qui tela gerit Centaurus et æquoris hircus:
 Deucalionis Aquæ, et Pisces postrema figura.

XI.

Velleris aurati fulget pecus aurea cælo:
 Zetus, et Amphion. Cancrîq; figura calentis.
 Insequitur Leo sæuus, & almæ Virginis astrû.
 Hinc æquale iugum: caudaq; uenenifer unca.
 Centaurusq; minax arcu, et Neptunia proles:
 Quiq; refundit aquas, & pisces. ultimus ordo.

I. ARIETIS DESCRIP-
 TIO.

¶ Primus aries. Nam in huius exortu pleriq;
 mundi factum esse initium arbitrantur. Deinde
 eodem exoriente ueris est principium, quod
 est & Virgilio formosissimus annus. Postremo
 & Hebræi ab eodem suum annum incipiunt, si-
 cut ex Dei consilio & Moses præscripsit. Sunt
 &

Et aliae rationes quae plerunq; in astronomia explicantur. Ei quoq; caput et faciem tanquam familiares partes astrologi destinarunt.

2 Proditor Helles. Fabulae enim contestantur, ut hic Plyrixum et Hellen transtulerat. Sed et Hellen in Hellespontum decidisse et eisdem mari nomen indidisse omnibus constat: et praeter Higinum Palephatus $\mu\upsilon\delta\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\omega\varsigma$ exponit, hic est $\pi\delta\iota\phi\rho\varsigma\alpha\sigma\iota\varsigma$.

3 Signorum princeps aries, et antea explicuimus cur sit primus. Est quoq; Ptolomæo signum $\eta\gamma\epsilon\mu\omicron\nu\iota\kappa\omicron\upsilon$ sic et Leo.

4 Corniger astrorum ductor. Hic fit allusio tum quod gregis sit ductor, tum quod ab eo supputationis sit initium, atq; eius character apud Astronomos duo cornua gestat, hic uides periphrasin per metaphoram.

5 Dux aries, propter causas supra dictas, et sicut Higinus tradidit, quia tum sit omnium rerum satio.

6 Nubigenum iuuenum uictor, id est, Phrixi et Helles, Athamantis et nebulae liberorum, qui cum nouercam occidere uellent, insani dicuntur a Libero effecti, et dum in sylua errarent, mater eis arietem aurea pelle adduxit, et inter nauigandum in mare proiecti sunt, unde etiamnum

H 5 Helles-

EXPERIENTIAE

Hellepontus nominatur. Sicut Bassi commentaria in Fragmenta Arati testantur. Hic est $\mu\epsilon\tau\omega\nu\mu\acute{\iota}\alpha$ & periphrasis.

7 Corniger in primis Aries. Hic est notatio, & loci dignitatem, à qua fit numerationis signorum initium, ostendit. (phrasis.

8 Cornigeri ductor gregis. Arietis est peri-

9 Principium signis ouium sator. Duplex est notatio. Prior, quia est ouium pater. Posterior quia primus inter signa refertur. Sicut illa est rustica, ita hæc astronomica.

10 Dux gregis. Hic fit uariatio per non appositum epitheton.

11 Velleris aurati fulget pecus aurea cælo. Citantur Hesiodus & Pherecides authores, qui rationem Arietis translati in cælum exposuisse uidentur, & hi auream pellem Arieti tribuunt, quem Phrixus incolumis ad Aetã perueniens Ioui immolauit, & pellem in templo fixit, & Arietis effigies à Ioue inter sydera collocata est. Eratosthenes quoq; ait Arietem ipsum sibi pellem auream detraxisse, et Phrixo memoriæ causa dedisse, ipsumq; ad sydera peruenisse. Sunt et aliæ fabulæ parum, ut fieri solet sibi, conuenientes, quas adolescentes ex Higino, Commentarijs Bassi, & Theonis, & Palephato petent.

Tauri

II.
TAVRI NOTATI-
ONES.

1 TAVRVS cornibus insignibus auro. Ha-
bet enim duo cornua, unum boreale, alterum me-
ridionale, aurata figurantur propter stellas lu-
cidiores, sicut in eius $\chi\eta\mu\alpha\tau\iota\sigma\mu\omega$ Ptolomæus
depinxit, eiusq; fröte sunt Hyades, à Pleiadibus
non admodum dissidentes. Sic & Germanicus
Cæsar in Arato:

Cornua fronte gerens, & lucidus igne mimaci.

2 Proditor Europæus. Est enim ea de causa
intra astra constitutus, quòd Europam incolumẽ
transuexerat Cretam, iuxta Euripid. & Ouid.
in Metamorph. Sunt quibus placet Io in bouem
conuersam, ut est in 6. Meta. Ouid. à Ioue in
cælum collocatam esse. Quare prior pars for-
mam tauri præ se fert, sed reliquum corpus ob-
scurius uidetur. Alia autem est Bassi iuxta Ni-
gidium, & Eratosthenem sententia,

3 Taurus. Hic simpliciter ponitur, ut aliquid
commutet.

4 Taurusq; secundus. Id enim signorum or-
do postulat in Zodiaco, & inter membra ijs do-
minatur, que sunt capiti proxima, ut collo, &
guttur.

Frons

E X P E R I E N T I A E

5 Frons Tauri metuenda minacis. Metuenda quidem est quæ cornutū animal, præsertim in comminatione, ad quam & Germanicus Cæsar haud multò ante respexit.

6 Tauriq; trucis frons. Sunt enim & ibidem lucidiores stellæ hyadum, ut ex phænomenis astrologorum patet. Illic fronti erat epitheton, hic nullum. Accedit & synonymia, illic taurus minax, hic trux uocatur.

7 Corniger alter Taurus. Prior enim fuit Arietis. Illas autē stellæ Bassus sic ordinauit. Habet autem, inquit, stellæ in capite quinq;, quæ υαδεις appellantur, id est, in cornibus singulis singulas, in fronte duas, in naribus unam, &c.

9 Europæ uector, sicut fusissimè de more in metamor. cecinit Ouid. Variatio est in enallage, hic est Europa, illic Europæus, hic est uector illic proditor, in quorū utroq; non est simpliciter στυγνυρις. Sed ut in uectore πειωσις, ita in proditore quidam excessus est.

10 Iuencus, qui antea fuit Taurus.

11 Placidum pandens subit Aethera Taurus. Hic est notatio à temperamento aëris, quod multò placidius est, atq; cū Sol erat in Ariete. Incallescit enim æstas magis atq; magis, dum Sol nobis altior ascendit. Cæterum in ultimo experimento. Tauri descriptio prorsus omissa est.

III.

GEMINORVM NOTATIONES.

1 Fratres, quos complures astrologi Castorē & Pollucem Tyndaridas esse dixerunt fratrum omnium inter se amantissimos, ut qui neq; de principatu contenderunt, neq; ullam rem sine communi consilio gesserunt, pro quibus officiorum Iuppiter inter notissima sydera eos constituisse existimatur teste Higino. Sunt qui ad Herculem & Apollinem: sunt qui ad Triptolemmum, & Iasionem referunt. Quid multis amicissimos fratres fuisse inter sese pleriq; omnes sentiunt, inter quos Zethus, & Amphion numerantur, de quibus haud multo post plura.

2 Et gemi fratres, quales fuerunt Castor & Pollux uno ovo prognati, & in schematismo duobus tractibus coniunguntur, qui amplexum Castoris & Pollucis designant.

3 Tyndaridæ iuuenes. Castor & Pollux, qui tempestuosum mare nauigantibus Argonautis pacauerunt, ut est apud Bassum et Nigidium. Et hinc gemini salutare dicti sunt, quorum et in Actis apostolicis fit mentio, ut sint σωτηρες iuxta Orphea ad Musæum & Theocritum.

Historiam uerò si placet ex Diodoro Siculo
huc

77 EXPERIENTIÆ

huc afferto. Alioqui uel ex hymnis Homeri u-
trunq; Tyndari filium fuisse constat.

4 SyduS geminum. Nam geminorum stelle ita
se habent ut una occidente oratur, altera iuxta
Bassum. Præst autem humeris, brachijs
& manibus.

5 Leda soboles. Fabula est, ut Iuppiter Le-
dam Thestij filiam in cygnum conuersus ad flu-
men Eurotã compresserat, quæ Pollucem et He-
lenam ex Ioue peperit, & ex Tyndaro Casto-
rem & Clytemnestram. Est autem ingens fa-
bulæ istius dissensio, quam reconciliare super-
uacaneum esse duco. Plerunq; tamen sentiunt,
Ledam ex Ioue grauidam ouum peperisse, un-
de gemini prognati sunt. Mirum est ut Pausa-
nias in Laconicis id ouum apud Lacedamonios
senijs suspensum uideri obseruauerat.

6 Proles duplex Iouis, ex Leda uidelicet.

7 Duo Tyndaridæ, sic sunt uocati Castor &
Pollux, quo modo Amphitryoniades Hercules
utpote à matris marito, & non à parente. De
his sic & Theocritus:

Ἴμνεύ μὲν λήδας τε καὶ ἀγιάχῳ δῖο βῆῶ
κάσορα, καὶ φοβερὸν πολυδ' εὐκεια &c.

8 Progenies duplex. Periphrasis est gemino-
rum.

Germa=

- 9 Germani pares, propter amicitiam, qua illis omnia erant paria & equalia.
- 10 Zetus & Amphion. Hic apparet ut non prorsus sit falsus Hesychius, cum ait Dioscuros esse Helenæ fratres Zethum & Amphionem $\lambda\theta\upsilon\kappa\epsilon\pi\acute{\omega}\lambda\delta\epsilon$, (ceu albis equis ueherentur, sed $\mu\upsilon\theta\omicron\lambda\omicron\gamma\iota\kappa\tilde{\omega}\epsilon$ ad serenitatem & tranquillitatem maris, cui præsumt, refertur) nuncupatos, eosq; stellas esse nauigantibus apparere solitas, signumq; esse $\xi\upsilon\delta\upsilon\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\rho$, quo rectius nauigiorum cursus dirigeretur. Vide & Oratium lib. I, carminum.

III. CANCRI NOTATIONES.

- 1 CANCER aquatile signum. Sunt enim astrologis signa aquatica tria quæ sunt frigida, & humida, feminina, pituitosa, septentrionalia, ut Cancer, Scorpio & pisces.
- 2 Pressus ab Hercule Cancer. Nam dum Hercules contra hydram Lerneam stetisset, ex palude pedem eius mordicus arripuisset, qua de re Hercules permotus eum interfecit, sed mox eiusdem miserta est Iuno, inter astra collocauit. Higinus & Bassus.

Feruida

EXPERIENTIAE

3 Feruida brachia cancri. Alluditur hic ad solstitium aestiuum, quo maximus propter solis uiciniã proximã est ardor, et aestas. Cur autem saepe cū sol sit in leone maior sit ardor, et ipse Theon sollicitus est. Brachia autem Cancrī sunt χ & λ & α ueluti forficuli denticulati.

4 Imago Cancrī gemmantis, id est, resplendentis, propter Cancrī asterismum, in quo splendidiore sunt stellæ, sicut ex Ptolomæo liquet. Imaginis autem nomine haud male quis α & σ & ρ & ι & α caperet, cuius quinque sunt caussæ, quarum prima est similitudo, quæ nomen indidit, ut scorpio. Alterā est affectio, ut canis, Nam in huius exortu canes terrestres rabiescunt. Tertia est fabula insignior, ueluti quando Calisto in ursam mutata est. Quarta est honor, ut quando Dioscuri, qui sunt gemini, propter Iouis honorã, deinde ppter tutelã nautarum sunt inter astra collocati. Vltima & præcipua est distinctio, quæ Latinis est limitatio, sicut Græcis δ & ρ & ι & μ & δ , uel doctrinæ gratia, ut sunt ursæ, plaustra. Notum sanè est ut astronomiæ initia apud Aegyptios facta sint maximè pastores, quemadmodum astrorũ nomina ab reb. rusticis sumpta contestantur, uel ab ipso Abrahamo usq;. Potest et hinc coniectura fieri, ut memorie artificiosæ

ose fundamenta iacta sunt. Postea de tempestatibus aëris ex ortu, & occasu astrorum indicia subdita sunt.

5 Canceri torridus ignis. Siquidem sub id tempus aestatis iuxta astrologos statuitur principium, & solstitialis aestus subindicatur.

6 Nepa torrida flammis. Hoc loci nemo est, qui dubitat Nepam esse cancrum iuxta Aphrorum linguam, Sæpe tamen est & scorpius, ut apud Columellam: Idibus Marcij. Nepa occidere incipit. Quod est, cum sol est in cancro scorpius occidit, sub id tempus magnæ tempestates cooriuntur. Caterum illud Ciceronis apud Aratum cancro competere rectius mihi uidetur. Siquidē cū cancro exorto Orion Ἡλιακῶς occidere incipit. Neq; alium sensum esse ipse diffiteor. Hi autem uersus sunt:

Quare cum magnis sese Nepa lucibus effert.
Orion fugiens commendat corpora terris.

7 Cancer adustus. Propter solis præsentiam, non quòd ipse sit adustus, sed nos citra tropicum canceri, qui & solstitialis est, habitantes, propter solis ad nostra capita accessum, adurat.

8 Aquarum cancer alumnus. Hoc est, signum est aquaticum, cui & ἀποτελέσματα respondent.

E X P E R I E N T I A E

9 Cancro iam comes astus, hoc est, tum est Solstitium aestiuum, qui κατ' ἐξοχὴν solstitium nominatur, cum extremus sit solis ad nos gradientis limes.

10 Cancrīq; figura calentis. Nobis sanè calet, sed antœcis nostris friget. Figura autem est ἀσκησιμὸς. Sic enim ex stellarum situ forma cancri efficta est à primis τῆς ἀστρονομίας authoribus.

V.

L E O N I S N O T A T I O N E S.

1 LEO terribilis Nemees, Nigidius apud Bassum refert hunc Leonem nutritum apud Lunam iussu Iunonis, & in Arcadia in regione Nemeæ, ad Herculis exitium dimissum, quem Hercules iussu Euristhei interfecit cum Molocho hospite suo. Verum Periander Rhodius eum astris honorificè illatum ob primos Herculis labores, de quibus nos alibi plura, & huc Nemea Pindari referenda sunt, consulendus est Higimus & Ouid.

2 Leo horrendus, propter eius truculentiam, & immanitatem, atq; ideo multis est intra astra collocatus Iunonis beneficio, quòd uirtute cæteras præcellat. Huc afferenda est et natura leonis.

3 Herculeusq; Leo, Hunc enim claua, qua p
gladio

gladio usus est, & interemit. Eius uicti pellem pro ueste usus est. Græcis λεοντή dicta.

4 Nemæe pauor, μετωνυμία est, & dicitur à loco Nemæus leo, de quo Pindarus & Ouid.

5 Trux leo. Qui antea erat terribilis, & horrendus. Ita uariatio est per epitheta.

6 Aestifer leo. Numeratur enim inter signa æstiuæ, atq; cum sol est in leone, multo calidior æstus insurgit. Sic & Aratus, ἐν δὲ μὲν ἡελίου οἰο δερεῖται τῆ εἰσι κέλυδου. Vbi Theon interpres rationes habet, cur soli in leone ardentissimus æstus attribuatur. Harum autem una est, quia & canis iuxta cum illo oritur. Altera est à communitate trium signorum æstiuorum, quibus dierum summa est caliditas. Vltima est quòd iam homines ex prioribus duobus signis nimium calefacientibus defatigati sunt, plus quàm ex æstate caloris recipiant.

7 Terribilisq; feræ species. Quod non tantum scriptores, sed & ipsa experientia contestatur. Est autem hic quedam epitheti uariatio.

8 Herculeaq; manu pressus leo. Theon quoq; memoriæ prodidit, primum fuisse Herculis certamen, numeratur & intra astra illustra, Græcis διαφανῆ dicta. Sic & Higinius. Hercules inquit, prima fuit concertatio, & quòd eum inermis interfecit.

E X P E R I E N T I A E

- 9 Pressa sub Herculeis manibus fera. Periphrasis est leonis Nemei.
- 10 Leo primus labor Herculis. Idem pleriq; omnes sentiunt, atq; si quis diligentius animaduertit non inepte μυθολογιῶς duodecim Herculis, qui sol est, labores ad duodecim signa celestia referret, id quod aliàs ostendimus.
- 11 Leo sæuus, qui antea erat trux.

V I. VIRGINIS CIRCUM- SCRIPTIONES.

- 1 Innuba uirgo] Hinc liquet ut non sit Ceres, etiamsi spicæ, quas tenet, aliud indicarent. Alijs est fortuna, quod iuxta quosdam, sine capite astris inserta erat. Hesiodo autem est Iouis et Themidis filia, Astrea, uel iustitia, uel æquitas dicta, quæ dum aurea erant secula inter homines uersabatur, sed post corruptos hominum mores in cælum auolauit. Penè eadem habet et Aratus.
- 2 Virgo sancta] propter sanctos id est incorruptos mores, quos amat Astrea, aut ipsa iustitia.
- 3 Virgo alma] Talis sanè esset rectius, si ista hæc Erigone Icari filia esset Ceres frumentorum dea.

Virgo

4 Virgo quæ spicca munera gestat] Itaq; non malè antea alma nuncupatur. Atq; hoc indicio iudicant hanc esse Cererem. Neq; dubium est, ut cuncta ad mores aurei seculi refererentur. Sunt & stellæ apud Ptolomæum sub spica.

5 Iusta cum uirgine fulges] Et hîc iusticia est atq; Aequitas Astrea Hesiodica.

6 Iusta puella] Cùm sit ipsa Iusticia, quæ propter hanc causam merito optima iudicaretur, & pia. Fingitur enim ut hominum aurei & seculi princeps fuerat. Itaq; uniuersa erant pacata & copiosa, ut Higinius & Bassus multo fusius explanant.

VII.

LIBRÆ NOTATIONES.

1 Libra lance pari] Fingitur enim bilanx propter iusticiæ & æquitatis symbolum.

2 Libra iugo equali pendens] Habet enim omnes libræ partes eius ἀσχηρισμὸς, de quo Ptolomæus lib. 7. magnæ constructionis. Olim uerò totum astrum Scorpius occupabat, sed hic propter magnitudinem in duo signa diuisus est, quorum alterum post contractas scorpij chelas libræ in Cesaris Augusti honorem successit.

I 3 Itaq;

E X P E R I E N T I A E

Itaq; paulò post sic canit:

Et libram quam Cæsar habet.

Sicut nos in commentarijs Georgicorum Virgij idipsum copiosius planum fecimus.

3 Momentumq; sequens] $\sigma\omega\kappa\epsilon\lambda\delta\omicron\chi\grave{\eta}$ est, cum momentum pro libra ponitur. Est autem momentum duodecima uncie pars iuxta Boethium, Græcis $\sigma\iota\gamma\upsilon\grave{\eta}$. Habetq; uncia præsertim Geometrica momenta 1152. Monetarij uerò momenta sunt bracteolæ uel orichalceæ, uel æreæ, quales habet aureus Rhenanus communis sexaginta, sicut in coronatis Italicis quidem sunt duæ & sexaginta & unius massulæ dimidia pars, In Francicis autem sunt tria & sexaginta momenta, et duodecim momenti septuagesimæ. Porro sequens adijcitur. Virginem enim $\kappa\alpha\tau'\epsilon\pi\acute{o}\mu\upsilon\alpha$ subsequitur.

4 Trutinæ species] Et hîc synecdoche est.

5 Aequale iugum] Per synecdochen est libræ notatio, in qua recta librantibus æqualitas requiritur. Id tamen meminisse oportet ut libræ apud ueteres chelarum nomine significetur

V I I I. S C O R P I I V A R I A E N O T A T I O N E S.

1 Cauda q; animal, quod dirigit ictum] μετα
 ληπικῶς est Scorpionis notatio, qui caudæ
 ictu inficit, atq; inter δηρικὰ numeratur.
 Quare acumine caudæ uiolentus mox dicitur.
 Cur autem scorpius inter astra numeratur, hanc
 pleriq; habent rationem. Orion sibi plurimū
 confidens Dianæ & Latonæ dixit se omnia pa-
 rem esse, ut omnia terris prognata interimeret.
 Quare terra commota scorpionem eduxit, à quo
 ille interfectus est. Mox Iupiter scorpionem intra
 astra collocavit, ut hoc ceu testimonio muto do-
 ceret, ne quis sibi nimium confideret, et Οὐρανὸν
 τίσσιν damnaret. Contrà Diana à Ioue impetra-
 uit, ut Orioni quoq; locus inter sydera esset. Isq;
 sic constitutus, ut cum Scorpium oriatur, Orion
 occidat. Id reuera fit hoc figmento, sed κοσμη-
 κῶς. De quo Higium & Bassum inter alios
 consulendum esse iubeo.

2 Scorpius acer] Alludit ad eius naturam, for-
 mam, & effectum, sicut & Nicander facit.

3 Cheleq; minaces] Scorpionis χίλας esse
 nemo est qui dubitat. Minaces autem appellat
 propter eius formam, & uiolentiam.

4 Cauda q; timendus adunca] Synecdochica
 est notatio utiq; κατ' ἐξοχὴν propter partem
 magis noxiam.

1 4 Violent-

E X P E R I E N T I A E

- 5 Violenta cuspide saevius] μεταληπτικῶς εἶσθε σωεκδοχικῶς, Scorpius, cuius caudam cuspitem appellat per translationem.
- 6 Nigrumq; ferens in acumine uirus] Cauda enim uenenum inspergit.
- 7 Armatusq; ueneno] Refertur enim inter nocumenta uenenoſa δηλητηρία nominata.
- 8 Caudaq; ferens letale uenenum] Hoc enim præcipuum est in cauda. Vide Nicandrum inter alios.
- 9 Mimitans & scorpius ictu] Sic Plinius: Semper inquit cauda in ictu est, nulloq; momento meditari cessat, ne quando desit occasione. Ferit obliquo ictu et inflexo.
- 10 Caudaq; Venenifer unca] Id constat ex uerbis Plinij & Nicandri, & ab hoc sunt σκορπιόδηκτοι quorū medicamenta ceu ἀλεξιφάρμακα multa medicorum scripta habent.

I X.

S A G I T T A R I I D E S C R I P T I O N E S.

- 1 Armatus arcu Chiron] Qui est & Homero Phyllyrides Achillis præceptor. Hinc fit ut pleriq; eum centaurum esse censeant, quod tamen alijs displicet. Centauri enim sagittis non sunt usi.

usi, qua de re solliciti sunt Higinius & Bassus.

2 Sagittiferi facies senis] Tum ad asterismū sagittarij, tum ad Chironem alludit.

3 Centaurusq; senex Chiron] Quare inter centauros numeratur, & quinam sint centauri ex Ouidij metamorph. non est obscurum.

4 Arcu pollens] Est enim ὑππότης, hoc est ex equo sagittarius.

5 Tendens arcum] Id est, τοξότης per anonomasiam.

6 Semifer arcipotens] Nunc centauri partim homines partim equi sunt propter artis equestris, ut creditur, inuentionem. Quare Aratus eundem ἡμιότιον φησὶ, hoc est, centaurum utpote aut gigantem, aut certe feram inequitan-tem appellare haud dubitauit.

7 Centaurus biformis] Siquidem una est quippe superior humana, altera equina, eamq; obcausam paulo post geminus nominatur.

8 Qui tela gerit centaurus] hoc est, sagittifer, aut sagittarius πρὶ φρασίῳ.

9 Centaurus minax arcu] Sic enim eius imago caelestis formatur.

X.

CAPRICORNIDE.

LINIATIONES.

I 5 Corn

E X P E R I E N T I A E

1 Corniger Hircus] Et sic Græcis est αἰγὸν κέρως.

2 Salsi gurgitis hircus] Qui paulò post modò caper est liquidi æquoris, modò per epitheton aquosus, modo periphraſticòs pelagi p= cella, modò per notationem est κατ' ἐξοχὴν & synecdochen æquorei capri frons, modò est per periphraſin corniger æquoris alti, modò est æquoris hircus, modò est Neptunia proles. Siquidem dum Typhon acerrimus gygas contra Deos decertabat, per terrefactos, mox hi a= lias formas præ timore induebant. Sic Mercurius uidebatur ibis, Apollo grus, Diana catus, et sub id tẽpus Pan in Mare se deiecit, cuius posterior ps effigiẽ piscis, alter hirci præ se ferebat, & hoc modo Typhonis tyrannidem & impie= tatem profugit. Quare Iuppiter eam effigiem admiratus inter sidera ſyxit, iuxta Higimum. Est quoq; Ptolomæo κατὰ γῶν δὲ φὴς & ἀμφίβωπ.

X I.

A Q V A R I I N O T A T I O N E S.

1 Fusor est aquæ] sicut et eiusdẽ ἀσκησιμὸς satis declarat. Fingitur enim puer, qui urna a= quam effundit, qui & hic est gestator aquæ. Eum
autem

autem pleriq; omnes Ganymedem intelligunt Iouis pincernam, cuius & Homerus meminit. Sūt qui mythologia nescio qua Iouis catamitum fingunt, & à Ioue in cœlum translatum. Hægesionacti autem est Deucalion propter diluuium, quod sub huius tempus accidit. Cur autem Eubulo sit Cecrops, habet is suam rationem ab Higino expositam, quam & Bassus agnoscit.

2 Vrna nimbiferi] hoc est Aquarij nymbum, quod est, magnam uim aquæ effundentis. Et id Deucalioni quadraret.

3 Troianus puer] Est Ganymedes, quem propter pulchritudinem Iuppiter sub forma aquilæ in Ida monte rapuit, et in locum Hebes surrogauit, Odyf. d.

4 Cui nomen aquæ faciunt] Periphrasis est Aquarij, qui ab aqua effusa nomen recepit.

5 Amnem effundens] Et hic est Aquarius. Est enim sic dictus, quòd undas fundat, sicut Græcis est ὕδρῶν ὀρέων. Nam eius exortu plurimi imbres fiunt, sicut & Bassus sentit.

6 Delectus Ioui puer] Est Ganymedes.

7 Deucalionis aquæ] Et hic cataclysmus particularis sub Deucalione Thessalo factus iuxta Xenophontis æquinoca significatur.

EXPERIENTIAE
XII.
PISCIVM NO-
TATIONES.

1 PISCIS in fulgenti alueo] Sic rectius le-
gitur quàm auro. Est autem $\sigma\omega\epsilon\upsilon\delta\omicron\chi\iota\kappa\omega\varsigma$
& per metonymiam alueus pro Euphrate Sy-
rie flumine positus, in quē sese cum Cupidine, fi-
lio deiecit, quo tempore Typhon gigas, cuius
supra mentio facta est, deos persequebatur, ubi
facta est metamorphosis in pisces, quorum figu-
ra sese à periculo liberarunt. Quare $\iota\chi\theta\upsilon\omicron\varsigma$
 $\phi\alpha\chi\iota\alpha$ apud Syros damnata est, ne hoc modo
contra deos pugnare uiderentur.

2 Pisces supremi] quorum unus est aquilonius
alter australis, ex aduerso caudis utrinq; posi-
tis. Est enim illis ligamentum luteum continens
usq; ad priores pedes Arietis. Supremos uerò
nominat in supremum cœlum (quod in sacris li-
teris firmamentum est, Græcis propter stellas
fixas $\tau\omicron\ \acute{\alpha}\pi\lambda\alpha\nu\epsilon\epsilon$) à Ioue translatos. Est & al-
ter piscis Notius austrum uersus multo humilior
iuxta poëticam astrologiam.

3 Pisces nouissima forma] $\epsilon\epsilon\chi\eta\eta\iota\kappa\omega\varsigma$ uulgo
per appositionem adijcitur & obiter signorum
ordinem notat. Nam pisces extremi sunt in zo-
diaco si initium supputationis ab Ariete factum
fuerit

fuerit. Nam Ptolomæo teste, etsi in circulo sit, neq; principium neq; finis, tamē ab Ariete principium statuerant, cum Ver humido excellet, tanquam uitæ fonte ab eodem auspiciari licuit. Siquidem omnia animalia in prima ætate humore abundant, mollia teneraq; sunt ad huius tempestatis modum et contemperationem. Sunt autem eius uerba: το ζωδιακον μη δε μιᾶς ούσης φύσα ἀρχῆς ὡς κύκλος τὸ ἀπὸ τῆς ἐαρινῆς ἰσημερίας ἀρχόμενον δωδεκάτημόριον τὸ το γ. καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν ὑποτίθενται, καθάπερ ἐμφύχου ζωοῦ το ζωδιακῶ πῶ ἠγῶν το ἐαριῶ ὑπεβολῶ προκαταρκτικῶ ποιεῖμενα. *Quamobrem si quis penitius pensiculauerit, uitæ humanæ initium, progressum, statum, et inclinationem in duodecim signorum perpetuo cursu animaduertet, id quod philosophis, quorum et hæc ratio est, magnopere conferre arbitror. Neq; diuersa est causa Ptolomæi quæ est in lib. 2. τῆς β. C. de anni nouilunio.*

4 Pisces sydus aquosum] Est enim signum Ptolomæo ὑδρατῶδες.

5 Pisces duo signa sub uno] Etsi duo sunt pisces, unum tamen signum zodiaci, et δωδεκάτημόριον iudicatur. Itaq; paulò post ait, duo sydera pisces.

Piscis

EXPERIENTIAE

6 Piscis nouissima figura. Mox subditur, pi-
scis ultimus ordo, utriusq; ratio ex ordine δω-
δεκατημοσίωρ petitur, de quo paulò ante pau-
ca obseruauimus.

SEPTIMA EXPERIEN-
TIA DIVERSORVM AVTHO-
rum, quorum in Virgilium extant epi-
taphia, eaq; de more disticha.

Sententia uarianda est.

VIRGILIUS qui Bucolica, Georgica, &
Aeneida cecinit, Neapoli sepultus est.

I.

Conditus hic ego sū, cuius modò rustica Musa
Per syl uas, per rus, uēnit ad arma uirum.

II.

Tityrō, ac segetes cecini Maro, et arma uirūq;
Mantua me genuit, Parthenope sepelit.

III.

Virgilius iacet hic, qui pascua uersibus edit,
Et ruris cultus, & Phrygis arma uiri.

IIII.

Qui pecudes, qui rura canit, qui praelia uates,
In Calabris moriens, hac requiescit humo.

V.

Caro

Carminibus pecudes, et rus, & bella canendo,
Nomen inextinctum Virgilius meruit.

VI. (sylvae

Mantua mi patria est: nomen Maro: carmina
Ruraq; cum bellis: Parthenope tumulus.

VII.

Qui sylvas, et agros, qui praelia uersibus ornat,
Mole sub hac situs est ecce poeta Maro.

VIII.

Pastorum uates ego sum, cui rura, ducesq;
Carmina sunt: hic me prebit acerba quies.

IX.

A syluis ad agros, ab agris, ad praelia uenit:
Musa Maronis adest nobilis ingenio.

X.

Bucolica expressi, & ruris praecepta colendi:
Mox cecini pugnas: mortuus hic habito.

XI.

Hic data Virgilio requies, qui carmine dulci
Et Pana, et segetes, & fera uella canit.

XII.

Pastores cecini, docui qui cultus in agris:
Praelia descripsi: contegor hoc tumulo.

XIII.

Mantua

E X P E R I E N T I A E

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nūc
Parthenope: cecini pascua, rura, duces.

X I I I I.

Pastor, arator, eques, pavi, colui, superavi:
Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

NOTVM est ex grammaticis Virgilij, quem poëtarum Platonem Alexander imperator et Cæsar appellare solitus fuit, uitam describentibus, ut hic sit natus in uico prope Mantuam, cui nomen erat Andes, hodie uulgo Pictole. Vnde poëta Andinus, & Musæ Andrades nominantur, & à loco præcipuo, in cuius agro fuit Andes, Mantuanus dictus est. Mortuus autem est Brundusij, quæ Calabrorum urbs maritima est, haud contemnenda, iuxta Eusebij sententiam, Saturnino & Lucretio COSS. Eius autem ossa Neapolin, quæ antea Parthenope uocata est, translata sunt secundo ab urbe lapide. Quare epitaphium nomine Virgilij insigne sic habet. Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc Parthenope, &c.

O C T A U A E X P E R I E N T I A.

I.

Sus, iuuenis, serpens, casum uenere sub unum:
Sus iacet ex ictu: pede serpens: ille ueneno.

II.

Anguis, aper, iuuenis, pereunt ui, uulnere, morsu:
Hic fremit: ille gemit: sibilat hic moriens.

III.

Sus, serpens, iuuenis, pariter periere uicissim:
Dente perit iuuenis: serpens pede: porcus ab ictu.

In his tribus distichis forsitan aliud ἀντιγραμ-
τῶδες significatum est, nobis adhuc ignotum.
Verum artificium collocationis forsitan propter
imitationem à quopiam est propositum. Siqui-
dem mirabilis quaedam alternatio totius compo-
sitæ sententiæ uidetur, non alia atq; in hoc di-
sticho:

Pastor, arator, eques, paui, colui, superavi:

Capras, rus, hostes, fronde, ligone, manu.

Alioqui si duobus membris constitisset χιασ-
μὸν q̄s statueret, aut ἐπ' ἀνοδ' οὐ certe quandā.

VIRGILIO ASCRIPTVM

μονόσιχον γνωμικόν.

Iuppiter in cœlis, Caesar regit omnia terris.

K EST

E X P E R I E N T I A E

EST duplex monarchia, à loco, una cœle-
 stis, altera terrestris. Illa quidem soli Deo Opt-
 Max. tanquam omnium rerum creatori, guber-
 natori, conseruatori, & instauratori, cuius p-
 uidentia cuncta uel fato quodam reguntur, du-
 cuntur, & impelluntur. Eius autem omnipoten-
 tiam tota sacra scriptura & exempla tanquam
 testimonia plenissime comprobāt. Merito igitur
 illi $\mu\omicron\nu\alpha\gamma\chi\iota\alpha$, id est, tota omnium, sicut Eu-
 tropius exposuit, potestas conceditur, & offer-
 tur. Cæterum terrestre imperium nunquam uel
 iam inde ab initio mundi tantum fuit, ut toti ter-
 rarum orbi imperitaret. Numerantur sanè iu-
 xta Danielis utranq; uisionem quatuor monar-
 chie, sed ex illis nulla fuit, sub cuius imperio
 totus mundus uixisset. Et si qua fuisset, Roma-
 na, quæ ceu fera terribilis & cuncta conculcans
 ab eodem propheta describitur, absq; contro-
 uersia esset, hæc autem nunquam tanta fuit, ut
 amplius decem cornibus, hoc est, regnis, un-
 quam dominata sit. Quantula igitur terræ por-
 tio est propius pensiculanti? Fit quoq; collatio
 utriusq; magistratus & cœlestis & terreni, sed
 non per omnia equalis. Nam magistratus est
 tantum Dei ordinatio in bonum, cuius functio-
 nem uel ante diuum Paulum & Euripides nouis-
 se ui-

se uidetur, cuius hi uersus sunt:

τοῖς μὲν δικάοις, ἔνδίκος, τοῖς δ' αὖ
(κακοῖς

πάντων μέγιστος πολέμιος κατὰ χροῖον
Hodie autem Romanus pontifex quottidianis
conuitijs efflagitat, & omnibus uenditat, non ut
esset Cæsar, sed ut ab omnibus Deus terrestris
haberetur.

ALTERA γνωμῆ.

Tarpeio quondam confedit culmine cornix

Est bene non potuit dicere, dixit erit.

ID non esse Virgilij uel ipsum tempus sub-
indicat. Siquidem sub Domitiano Imperatore
memoriæ proditum uidetur. Sic enim Suetonius
posteris scriptum reliquit. Ante paucos quàm
occideretur menses cornix in capitolio elocuta
est: ἔσαι πάντα καλῶς. Nec defuit qui osten-
tum ita interpretetur:

Nuper Tarpeio quæ sedit culmine cornix

Est bene, non potuit dicere, dixit erit.

Esset quoq; non ita pœnitendum in procrastina-
tores scomma. Esset quoq; in rebus afflictis &
nimum accisis nimis consolatorium.

TER T I A γνωμῆ.

Litera rem gestam loquitur: res ipsa medullam

Verbi quam uiuax mens uidet, intus habet.

E X P E R I E N T I A E

Η Ο C est, uocabulum est rei gestæ elocutio, & prolatio. Res enim intra se soli menti cognitum complectitur. Et sicut uerba sunt Græcis λέξεις, ita res έννοιαι. In illis quidem est ένμηναι, aut φράσις, in his est ένυρεσις & τάξις, id est, inuentio & collocatio. Eò respexit & Aristoteles, cuius uerba, ut lectori fastidioso nonnihil satisfiat, non grauate adscribemus. *Ὅτι μὲν* inquit, *τὰ εν τῇ φωνῇ ἢ εν τῇ ψυχῇ παθημάτων σύμβολα, καὶ τὰ γραφόμενα ἢ εν τῇ φωνῇ, καὶ ὡπερ οὐδε γράμματα πᾶσι τὰ αὐτὰ, οὕτως οὐδε φωναὶ αὐταὶ, ὡρ μὲν τοι ταῦτα σημεῖα πρώτως, τὰ αὐτὰ πᾶσι παθήματα τῆς ψυχῆς, & ὡρ τὰ αὐτὰ ὁμοιώματα πράγματα ἢ δὴ τὰ αὐτὰ.* Penè idem in Topicis Aristotelis repetitum est, ex quibus liquet, ut uerba tantum sint symbola, & signa rerum animo conceptarum. Sed in medulla uerba menti cognita τὰ εν τῇ ψυχῇ παθήματα colliguntur, atq; comprehenduntur. Rectè igitur Cicero in oratione ad Brutum inquit: In uerbis inest quasi materia quædam, in numero expolitio. Idem & ibidem: Et quoniam, inquit, in omnibus quæ ratione docentur & uia, primum constituendum est, quid quicq; sit, explicanda est sepe

uer-

uerbis mens nostra de quaq; re, atq; inuolutæ
 rei notitia definiendo aperienda est. Idem in i.
 de legibus. Nam & sensibus omnia comprehen-
 duntur, & ea quæ mouent sensus itidem mouent
 animum, quæq; in animis imprimuntur inchoatæ
 intelligentiæ similiter in omnibus imprimuntur,
 interpretæq; est mentis oratio, uerbis discrepās,
 sententijs congruens. Quæ uerba si quis pbe at-
 tenderit, Aristotelis à Cicerōe Latina facta esse
 comperiet. Sciendum tñ est res dupliciter dici
esse, aut uere, aut non uere. Vere quidem, cum
eius imago seu species ab animo tenetur compre-
hensa. Non uere autem, cum uerbis tum effer-
tur. Sicut enim res ipsæ mentem ueluti insi-
gniunt, ita uerba res notant, atq; ex
mente proferunt.

F I N I S.



Ob. p. II. 3334

